

16 Quartò præmittendum ex Paludano, d. art. 3. concl. 2. & Cordub. p. 33. post Divum Thomam in addit. ad 3. part. q. 27. art. 5. & in 4. dist. 20. q. 1. art. 5. q. 3. indulgentiam non obtineri, nisi adimpleatur conditio sub qua Indulgentia conceditur, addunt dicti Palud. & Cordub. non sufficere partem requisitorum adimplere, sed totum adimplendum esse, Navar. in Missali. de orat. n. 128. & de Jubil. notab. 32. n. 49. facit cap. Si pro te, ubi glossa fin. de rescriptioe lib. 6.

Ex prædictis inferitur, dubitationis resolutionem pendere ex intentione Pontificis concedentis secundum quam prout ipse intendit, anima ipsa liberabitur vel non, arg. l. cum heres, §. 1. ff. de stat. liber. & docet Sanctus Thomas in 4. dist. 20. q. 1. art. 5. q. 3. ad 2. erit igitur inquirendum quantum fuerit vel sit ipsius mens, e. cum venissent, ubi Felin. latè de judic. quæ quidem mentis declaratio fieri poterit etiam à Pontifice successore, ut per Oldrad. conf. 237. Factum tale est num. 2. verè. Hæc autem interpretatio Domini Nicolai & Riminald. juncto conf. 481. n. 67. & 68. nam et si potestas interpretandi coheret personæ & in alium non transeat secundum Innoc. in c. fin. de success. ab intest. & Felin. in d. e. cum venissent n. 2. de judic. tamen successore idem confertur cum prædecessore; & una est dignitas, ut inquit Oldrad. loc. cit. quod si hoc non posset coram ab ipso obtineri, tunc quædam fuerit ejus mens conjecturis et indagandum l. In conditionibus, ff. de condit. & demonst. & quidem in casu proposito requiritur Missa de requiem ex infra scriptis videtur elici posse.

17 Primò, verba dubia à Summo Pontifice probata secundum Canones sunt interpretanda, e. Ecclesia vestra il secundo de elect. Calder. conf. 187. aliis 2. de presump. Felin. in c. Caspian. n. 16. verè. quarta declaratio de rescriptis, sed hæc vel similia verba celebratur Missa pro defunctis in Sacris Canonibus intelliguntur de Missa de Requiem, e. sufficit de consec. dist. 1. h. quidam tamen pro defuncto unam Missam faciunt & alteram de die, ubi illa verba Missam pro defuncto idem important quod Missa de Requiem. Idem colligitur ex capite certum, junctâ glossâ tertiâ & glossâ finali, eadem distinctione & ex c. cum creatura; & h. glossa eod. tit. infra eodem.

18 Secundò, suffragatur textus in c. quicumque 26. q. 5. ubi habetur Missam de Requiem institutam specialiter ab Ecclesia in subsidium & suffragium animarum defunctorum, cui si addatur regula communis de qua in lege Plenum, §. Equitatis, ff. de usû & habit. quæ habet verba intelligenda esse secundum propriam conditionem illius de quo agitur, sequitur ut in materia nostra quæ emanavit ad utilitatem defunctorum, verbum Missa intelligatur de illa quæ peculiariter pro eorumdem suffragio fiat ab Ecclesia ipsa instituta.

19 Tertio, certum est, Missam de Requiem ad hoc præcipue institutam fuisse, ut sic satisfaceret penæ debite ab his, qui in Purgatorio exstant, e. Quicumque Sacerdotum, 29. q. 1. Eamque magis defunctis suffragaturam ex D. Thom. in 4. dist. 45. q. 2. art. 5. ad 5. quàm Missam de Sancto seu de festo vel de feria: quod etiam probat Navar. conf. 9. de celebr. Missar. ubi num. 1. sic ait. (Quamvis triplex sit modus applicandi mortuis Missarum suffragia, scilicet per intentionem, per memoriam, quæ fit in decima parte Canonis Missæ quæ incipit Memento etiam & per Collectas expressas in ipsa Missa; ut colligitur ex c. Cum gravis cap. Non astimemus, & c. Anima 13. qu. 2. & aliis multis adjuncto, e. Viam de consec. dist. 1. Nihilominus major & melior est per totam ipsam Missam pro defunctis & infra n. 5. Missa, inquit, pro defunctis ceteris paribus magis prodest defuncto, quàm Missa de Sancto vel feria. Ergo etiam collecta Missæ de defunctis magis proderit, quàm collecta Missæ de vivis, arg. l. Quæ de tota ff. de rei vendit. & c. Pastoralis, §. Item si tatum, ff. de offic. delegat.) Hæc Navar. Et successivè sequitur eandem esse magis proportionatam effectui qui intenditur, qui est liberatio animæ à penæ Purgatorii; arguitur tunc sic. In dubio illud medium videtur electum, quod rei gerendæ magis idoneum est arg. l. Quoties, ff. de reg. jur. itemque illud per quod plenus

20 et, cui benedicere volumus, providetur, argum. l. 3. ff. de milit. testam. c. Super hoc de renunciat. Sed hujusmodi est Missa de Requiem: Ergo ipsa à Pontifice plus quàm aliæ intenta & requisita videtur.

21 Quartò, adducitur Abb. conf. 99. incipiens. Videtur prima, vol. 2. Qui in casu legati facti per hæc verba: (Quod omni die post mortem ejus pro anima ipsius statore in perpetuum celebrari debent triginta Missæ mortuorum per Requiem, quia talis presumitur mens testatoris ex illis verborum;) ex quibus verbis colligi poterit penes Abbatem idem importare Missam pro anima defuncti quod Missa mortuorum: qui Abb. subdit, (Missam de Requiem saltem privatam posse dici omni die, etiam si dies festus.) &

quibus responderet ad argumentum quod pro contraria parte adducitur. Sed his non obstantibus verior videtur contraria opinio; & ante omnia observandum est hoc privilegium respicere quidem, atque intendere consolationem animarum defunctorum, sed intuitu ipsius Ecclesiæ, imò ipsi Ecclesiæ concedi ut patet ex lectura similium concessionum, & inde deducitur in dubio esse concedentis intentionem esse præsumendam per quam Ecclesiæ ipsa magis decoratur, argum. d. §. Equitatis, & d. l. Quoties.

22 Observandum secundò hanc materiam prout concernit liberationem animæ defunctorum à penæ Purgatorii esse omnino similem illi, de qua per Jurisconsultum in tit. de stat. liber. Et sicut libertas hic sequitur si fiat quod jubetur ex bonis sive liberandi, sive alterius d. l. 3. in princip. proportionatè loquendo idem videtur dicendum hoc causa arg. cap. Inter corporalia de translat. Episc. & colligitur ex D. Thom. in 4. dist. 45. qu. 2. art. 3. qu. 2.

23 Observandum tertio, hanc materiam ut potè quæ agit de liberandis animabus à tam dura servitute & cruciata esse favorabilem d. l. Cum heres, §. Item si decem, & alibi sepè ff. de stat. lib. & tradit Bald. conf. 339. Casus talis est per totum, maxime in fin. lib. 1.

24 Observandum quarto hic agi propriè non de privilegio, sed de beneficio Principis nulli noxio quod latè interpretandum est cap. Olim de verb. signif. c. Dilecti de donat. c. Quamvis, de preced. lib. 6. l. fin. ff. de constit. crim. & in terminis concessionis indulgentiarum respondit Rom. conf. 353. Petatur à me declaratio, per tot. quem refert & sequitur Ludovicus Bolog. in tract. de Indul. col. 19. vers. Lewis etiam & valde utilis, num. 97. Felin. in suo sermone de Indulgent. præf. fin. & Joan Franc. Pavinus de offic. & potest. Capituli Sed. sec. in 1. part. qu. 4. ante finem.

25 Observandum est denique hic agi de indulgentiis quæ ex vulgata regula tantum valent, quantum sonant gloss. in cap. Quod autem de pœnit. & remiss. Dummodo ex parte dantis sit autoritas ex parte recipientis caritas, ex parte cause pietas, ut inquit D. Thom. in 4. dist. 20. qu. 1. art. 3. qu. 2.

26 His ita constitutis, cum privilegia verba nihil aliud requirant, nisi ut ad dictum altare celebratur Missa pro anima cujusvis fidelis, utique verba hujusmodi verificantur etiam in dicente ad altare Missam de Sancto, si illam integram celebrans offerat pro anima defuncti, & dispositio verificabitur, l. 1. §. Hic qui novum ff. de exercit. & l. non aliter, ff. de leg. 3. Angel. Aretin. conf. 31. Vjs supra dicto, num. 2. & Paul. de Cattr. conf. 154. Super primo quæsto, in princ. lib. 1.

27 Secundò, per privilegium hoc exigitur tantummodò in genere, ut Missa pro defuncto celebratur, ergo electio erit ipsius debitoris, l. Comprehensum, ff. de contrahen. empt. Modò id quod solvitur, sit integrum, seu utile, ut notat hic gloss. Facit insit. de legatis, §. Si generaliter & regula in alternativis de reg. jur. lib. 6. cum similibus. Sive igitur solvatur Missa de Requiem, sive de Sancto vel feria, cum præteritur id ad quod quis est obligatus, consequens est ut & liberatio sequatur & indulgentia obtineatur, d. l. 3. de stat. liber. Et cum privilegia verba sint generaliter sine distinctione concepta non debemus nos ea restringere, nec distinguere, vulgata l. De pretio, ff. de public. in rem. act. Undè S. Antonin. Silvest. & alii supra citati num. 6. tenent in simili satisfieri præcepto de audienda Missa de festo etiam si audiat Missa de Sancto vel feria & non de ipsomet festo, quia lex tantummodò non obligat, ut eo die Missam in genere audiamus & tamen eo caput articulus erat magis dubitabilis, nam dum Ecclesiæ præcipit ut audiamus Missam die festo, videtur quodammodo velle ut audiamus Missam ab Ecclesiâ institutam pro honore dicti festi, seu Sancti; adeò ut propter Angelus & alii tenuerint non satisfieri præcepto de audienda Missa de officio currenti, ut dixi eod. num. 6.

28 Tertio, generaliter sciunt adducta in præmissis suppositionibus, videlicet quòd versetur in materia ex omni parte favorabili & amplianda. Et pro hæc sententia, licet non per has rationes reperit consuluisset Navarum in conf. 37. incipien. Sanctissimus concessit, de pœnit. & remiss. In terminis privilegii concessi eo tenore, ut quoties diceretur Missa in tali altari pro defuncto, anima illa per modum suffragii indulgentiam plenariam consequeretur.

29 Nec obstant contraria quæ ad Capitulum sufficit, respondetur hic idè illa verba intelligi de Missa de Requiem, quia contra distinguitur à Missa de tempore vel de Sancto: quæ ratio cessat in casu nostro in sua generalitate relinquuntur, nec alteri speciei opponuntur. Eodem modo responderet ad d. cap. Cum creatura, textus verò in cap. Certum de consec. dist. 1. confirmat nostram opinionem; nam volens hic Pontifex facultatem Missarum in d. loco non sacro celebrandi restringere ad Missas de Requiem non dixit simpliciter Concedimus animabus fidelibus ibidem sepulcorum seu facultatem celebrandi pro defunctis, limitat ad

era funeralis, seu Anniversaria de Requiem.

Ad secundum retorquetur argumentum & valde; nam ut supra dictum est, privilegium fuit concessum hoc seu contemplatione loci; unde sequitur ut verba debent intelligi secundum conditionem loci; at loco, id est Ecclesiæ magis convenit ut quando occurrit festum, celebraretur de festo & servetur regula beneficii, nec dicatur tunc Missa privata de Requiem, ut infusatur etiam in hoc cap. Et in d. cap. Et hoc attendendum, de consecrat. dist. 1. Ergo Summus Pontifex qui Ecclesiæ dictum privilegium concessit, censendus est voluisse illud ita restringere, ut illius laudabilis ordo turbetur, inductaque ad unum finem operentur contrarium; potius enim attenditur in hoc id quod congruit ipsi Ecclesiæ ad ejus intuitum concessum est privilegium, quàm quod congruit animæ defuncti quæ ex hac Missa per alterum ejus nomine exhibenda liberationem est consecratur ut de hoc est textus in l. Latus eod. tit. de stat. lib. Imò respectu ipsarum animarum convenit, ut non fiat dicta restrictio, quodammodo verius generaliter sumpta, saltem per accidentem eisdem copiosius consulatur, quia facilius quotidie poterit pro eis offerri Missa ut liberentur, quàm si totum posset pro eis offerri Missa de Requiem, quæ celebrari non poterit quotidie vel propter rubricam Missale vel propter Custodis Ecclesiæ prohibitionem. Addit Navar. d. conf. 37. num. 2. frequentissime contingere ut aliqui moriantur vespete vel mane aliquis magni festi, cujus animæ desiderant propinque optulari & non possent tempore hujusmodi Missæ quæ esset maximum & presens remedium. Quæ ratio infirma est, quia corpore presente Missa de Requiem quocumque die dici poterit, præterquam in Parasceve & in Paschate, ut dixi in c. Cum creatura, infra eod.

30 Ad tertium responderet etiam Missa de Requiem plus prodest defunctis quàm de festo; hic tamen defectus modicus est & de facili suppletur per majorem devotionem quam solent celebrantes habere dum de festo celebrant ut ver. Silvest. in verb. Suffragium, numer. Et est de doctrina D. Thom. in contrarium citati in 4. sentent. dist. 45. qu. 2. art. 3. qu. 1. ad 5. cujus hæc sunt verba: Missa suffragium continet suo scilicet orationes & sacrificium, ex parte sacrificii oblati Missa equaliter prodest defuncto & quocumque dicatur & hoc est præcipuum, quod fit in Missa ad hoc. Utrum de consec. dist. 2. Sed ex parte orationum magis prodest illa, quæ sunt rationes ad hoc determinata, Sed tamen iste defectus remoueri potest per majorem devotionem vel ejus qui facit dicit vel iterum per intercessionem Sancti, cujus suffragium in Missa imploratur. Hæc S. Thom. & sequitur totidem verbis S. Antonin. in 1. part. tit. 10. cap. 2. §. 3. & Navar. d. conf. 37. num. 2. de pœnit. & remiss. ubi etiam addit Missam pro defunctis in orationibus minus valere hoc respectu quia brevior est & ceteris minusque attendit ut plurimum dicitur, quàm alia. Et quia memoria nova Sancti & ceteris officii devotionem celebrantis adauget ex qua pendet vult ex opere operantis. Præterea non requiritur, Missa de Requiem plus prodest defuncto. Ergo hæc debet offerri in casu nostro ad indulgentiam seu liberationem consequendam cum ad illam consequendam sufficit offerri id quod est minus arg. text. in dist. 1. cum heres, §. Stichus, ff. de stat. lib. ubi si datur libertas servo servienti per annum, si servit in bissexto, in quo duo dies computantur pro uno l. Cum bissexto ff. de verb. signif. Sufficit ut serviat per dies 365. nec cogitur servire per dies 366. quos habet dictus annus. Advertendum item est in hoc 3. argum. latere fallaciam, quæ dicitur à simpliciter ad secundum quid; arguitur enim hoc modo. Exhibito Missæ de Requiem magis prodest defuncto de se, quàm Missa de Sancto, ergo credendum est

Pontificem illam exigere ut potè per quàm defuncto magis subvenitur. Nam absolute loquendo fateor minus esse habere Missam de Requiem, quàm de festo, sed nego utitur eis defuncto, ut pro eo offerri possit duntaxat Missa de Requiem, quàm ut ipse gaudeat privilegio consequendi liberationem ex quocumque Missa pro ipso oblata. Quod quidem hoc secundo casu si Sacerdos non obstat, quod pro eo velit ac possit celebrare Missam de Requiem, ac forte reperitur qui ceteris de Sancto vel de feria. Sed in primo casu, deficiente Sacerdote, qui velit ac possit Missam de Requiem celebrare, defunctus omnino carebit suffragio Missæ. Quemadmodum utique quidem est lata libero ut pro ejus liberatione offerantur centum quàm quinquaginta, At non est utilis, imò damnosus si statatur ut ejus liberatio sequi non possit nisi offerantur centum, quia difficultas est invenire qui solvat centum quàm qui solvat quinquaginta. Undè latius patet facultas liberationis & mitius benignitasque agitur cum defuncto ex opinione nostra quàm ex contraria.

31 Ad doctrinam Abbatis d. conf. 99. Responderet Abbatem non se fundare super utraque particula separatim & per se tantquam singule sufficere ad inducendam dictam presumptionem; sed imitari utraque simul junctæ; in quarum altera cum expressè agitur de Missis defunctorum non est dubium quin sint dicende Missæ de Requiem, cum tales requirantur. Etiam aliter Sacerdotes non fastidirent, ut in simili notat Silvest. in Missa, l. n. 10.

32 Ex quibus videtur concludendum pro consecutione liberationis animæ à penæ Purgatorii, sufficere si pro eodem anima celebratur Missa de festo, vel etiam de feria, imò de votiva de Sancto: nam qui applicat tale sacrificium defuncto verè dicitur Missam celebrare pro anima talis defuncti & hoc sufficenter probatur hic in illis verbis: Sed si voluerit ut sibi Missa contentur, de eodem die Missas antequam proficiscatur & votivam & etiam defunctorum. Ex quibus innuitur ut qui celebrant Missam de festo, si offerant pro salute anime defuncti dicantur celebrasse Missam pro defuncto, ut latius dictum est supra in 3. not. & hoc etiam habet communis usus loquendi, qui enim potest Missam de Requiem solent dicere, dicere tamen Missam defunctorum. At qui non distinguunt inter Missam & Missam simpliciter dicunt dicite Missam pro anima unius mei propinque, atque ita ut potest celebrare pro defunctis, qui de festo Missam celebrat. Addit etiam potest quod notat Biel de Can. Missa, lib. 37. tit. R. fol. 587. ubi etiam ait in Ecclesiâ Sancti Praxedis in Capella Columnæ descriptum extare Paschali concessisse in illo loco celebranti indulgentiam in hæc verba: Quicumque celebraverit vel celebrari fecerit quinq. Missas pro anima parentis vel amici existentis in Purgatorio, dicitur Papa Paschasius dat remissionem plenariam per modum suffragii tali anime. Ac deinde libat Biel. cum post Paschasium celebrasset pro nepote d. quinq. Missas, in ultima Missa dum adhuc esset ad altare, apparuit hic beata Virgo visibiliter extrahent animam nepotis de Purgatorio. Ex qua narratione videtur aliquo modo conjici Missas celebratas fuisse de S. Maria, nam si celebrasset de Requiem venisset potius apparuisset Michael Archangelus, cujus adjutorium speciale in ea Missa implorari solet, &c.

33 Um Marcha, §. Quasvis. In Sacramento Altaris aqua cum vino transubstantiatur in sanguinem. Hoc dicit Abbas Scialus. Pro intelligentia hujus §. Quasvis, vide quod scripsi in cap. Ne iustitias n. 274. de Constitutis.



550 qui officium recitat, vel Missam audit, & aliud cogitat, mentitur, e. Curate, eadem caus. & quesi. & notat gloss. in d. c. Quando de Archid. in d. c. 2. in verb. Nitentis. Unde in Concilio Moguntino in tit. de Hor. Canon. sic legitur, Quid autem voce quidem psallere, mente autem domum, aut forum circumire, nisi homines fallere & Deum irritare. Habetur tomo 4. Concil. part. 2. fol. 271. col. 1. Ad hoc e. Nunquam, de consecrat. dist. 5. hic. Dicant psalterium ad verbum; Vigili sensus sit, nec vagis cogitationibus patens, Corpus pariter & animus tendatur ad Dominum.

45 Postremo secundum Petr. de Palude in 4. sent. dist. 15. qu. 5. Ad officium, sicut ad quolibet bonum opus attentio potest dupliciter requiri. Uno modo ut officium ab intentione procedat, & hoc modo in officio requiritur attentio non solum ad meritum, sed etiam ad evitandum peccatum & transgressionem precepti. Patet, quia preceptum datur hominibus; & ideo oportet ut non procedat ex sola imaginatione, quae communis est nobis cum brutis; sed ex deliberatione, quae attentionem requirit. Alio modo ut attentio continue concomitetur officium & semper duret.

46 (Aliquis autem actus, ut docet S. Thom. in 1. dist. 15. quesi. 4. art. 2. quesi. 3. dicitur dupliciter, videlicet ut secundum essentiam, aut secundum virtutem, sive effectum suum, sicuti motio ejus qui lapidem projicit, durat per essentiam actus dum manum lapidi movendo apponit; sed virtus motiois manet dum lapis ex vi impulsiois prime moverit; & sic manere actum in virtute est quidam medius modus inter ipsum esse in habitu & in actu, quia quod in habitu est, neque in virtute, neque per essentiam actus est ut idem docet d. art. 2. qu. 4. Itaque attentio in officio manere debet semper secundum virtutem, sed non requiritur ut semper maneat per essentiam actus. Manet autem

47 secundum virtutem quando aliquis ad officium accedit cum intentione aliquid interpretandi, vel Deo debitum obsequium reddendi, etiam in prosecutione officii mens ad alia rapiatur nisi tanta fiat evagatio, ut omnino deperat vis primae intentionis, & ideo oportet ut frequenter homo cor revocet ad se ipsum.) Hac S. Thomas, & sequitur gloss. communiter approbata in Clem. 1. in verb. Orationes in 7. membra, vers. Dicunt tamen Theologi de relig. & vener. 48 Sanctor. S. Anton. in 3. part. tit. 13. c. 4. §. 8. & Silvest. in verb. Hora. n. 15.

49 Et ex hac Theorica arbitror elici posse verum & germanum intellectum hujus decretalis. Praecipitur enim devotio & attentio in officio quantum ad essentiam actus, quia tenetur quis ad officium accedere cum intentione solvendi pensum & Deo debitum obsequium reddendi; sed non praecipitur ut hoc actualis attentio semper duret. Hoc enim, ut dicitur Petrus de Palude, S. Anton. & Silvest. loc. cit. non esset possibile propter evagationem mentis humanae. Nam ut ait Boetius hic relatus ab Host. tom. 10. & Joan. Andr. n. 6. (Cum cor hominis vagum sit & mobilis omni mobili non est semper ad hoc fixus homo ut tales cogitationes evitet.) Unde & multi sancti viri orando quandoque evagationem mentis permittunt secundum illud Psalmi 39. Cor meum dereliquit me, & propterea textus apposuit illa verba, quantum eis Deus dederit, indicans per hoc se nolle in praecoepo ponere ut actualis attentio semper comitetur Divinum Officium; sed Divinae gratiae hoc relinquere possit tamen in praecoepo attentionem virtutalem, quae ad vitandum peccatum in officio semper manere debet ut ex dictis constat.

50 Hinc autem resultat proposita quaestio solutio, nam si in officio ad vitandum praecoepo transgressionem, requiritur ut attentio semper duret, non quidem per essentiam actus, sed secundum virtutem, ex hoc necessario sequitur, ut voluntarie distractio praecoepo Ecclesiae non satisfaciatur, quia attentioem necessariam non habet, nec per actus essentiam, cum actualis attentio & voluntaria evagatio; & sic velle attendere & nolle attendere sunt opposita quae mutuo se expellunt, ut patet 1. Phisic. text. 67. nec secundum virtutem, quia virtualis attentio perimitur ex voluntaria distractione ad eum modum quo attentio habitualis per contradictionem, ut est textus in c. majores, §. fin. de Baptism. ubi propterea dormientes vel amentes qui priusquam in fontem vel de mensam incurrerent, contradixerunt, castrumque Baptismi vel Ordinis non recipiunt, quia nimirum censetur in eis contradictionis propositum perdurare; & sic non habent intentionem habitualem necessariam ad impressionem characteris; & sane sicut lapis projectus illico amittit virtutem primae motionis, si ex contraria vi recondatur aut obicem inveniat, eodem modo attentio in Divinis Officiis perdit virtutem quam ex prima motione animi sortita est si superveniat actus oppositus distractionis voluntariae. Quod si secundum Sanctum Thomam supra citatum n. 48. virtus primae intentionis omnino deperit per evagationem mentis etiam involuntariam si sit notabilis, utque multo fortius deperit per voluntariam distractionem ad exteriora. Ad hoc d. c. majores

§. fin. de Baptism. & quod notat glossa in c. Cupientes, §. Denique in verbo consensum de elec. lib. 6.

Concludo igitur quod hinc primam inspectionem, Concilium praecoepo hinc devotionem internam, ac proinde voluntarie distractio ad exteriora non satisfaciatur Praecoepo Ecclesiae, sed mortaliter peccare, dummodo tamen distractio sit tanta ut Officii vel Missae notabilem partem absumat. Et ita videtur concludere Abbas hic in fine, ubi quaerens an non dicentes Officium studiosè & devotè peccent mortaliter, relatis tribus opinionibus de quibus supra à n. 33. tandem resolvit quantitatem reatus considerandam ex qualitate & quantitate contemptus & negligentiae. Id ipsum sensit Innocentius n. 3. ubi quaerens numquid peccet Clericus qui dum est in Officio cogitat super aliquo bono spirituali vel temporalis, resolvit eum non debere dum est in Officio intendere, nisi circa ea quae hic dicuntur vel legantur, nisi necessitas arg. c. quod non est licitum, infra de reg. Jar. atque uti secunda dum Innoc. peccat Clericus qui in Divinis Officiis voluntarie distrahitur non solum cogitando aliquid indifferens, sed etiam quod magis est, cogitando aliud bonum spirituale vel temporale; & eum totidem verbis sequuntur Host. n. 10. vers. sed numquid peccat Clericus & Joan. Andr. n. 6. & fuit sententia Hugonis de Sancto Victore in libro quo studio orantibus sit Deus, relati à Divo Thoma in 4. sent. dist. 15. q. 4. art. 2. q. 4. in 2. arg. contrario, ait enim. (Si cum orationem fundimus, aliud quoddam in corde versamus, etiam illud bonum sit, à culpa liberi non sumus) circa quod tamen ne erret vide Cajetanum in 2. 2. quaestione 83. art. 13. in 1. dubio.

Similiter idem Innoc. paulò infra in vers. Sed numquid somniat, non peccare Clericum, quod est in Divinis Officiis, si quod dicit hic non intelligat dummodo cor suum ad Deum habeat & eis pfallat. Et idem repetunt Host. n. 8. Joan. Andr. n. 5. Bur. n. 4. Card. in 3. q. 9. & Anchar. in fine. Rursus Innoc. d. n. 3. excusat Clericum à peccato in eo casu in quo nimis fatigatus spiritu aliquo praeter ea quae legantur ut dicuntur, diceret aut cogitaret, subdit tamen illi cavendum esse ne nimis excedat. Et cum eo transeat Host. n. 10. vers. Ideò secundum Dominum nostrum, Joan. Andr. & Bur. ambo n. 6. & Card. in 9. q. & ita secundum Innoc. voluntaria evagatio mentis est peccatum etiam in illo qui est fatigatus spiritu, si multum perduret. Eisdem sententiae est Divo Thomas in praet. q. 4. ad 2. ubi ait. Quando aliquis ex proposito mentem ad alia distrahit in orando tunc sine culpa non est; & praecipit si in aliis spiritibus occupet, quae mentem distrahit, sicut sunt exteriora opera; & si ad contrarium mens evagatur, etiam culpa mortalis est. Sicut sine hoc quod percipiamus mens ad alia evagatur vel evah caret vel praesens culpa est, nisi praecedens cogitatio ex qua contingit talis evagatio in culpa esse dicitur. Quibus verbis ostendit mentis evagationem in duobus casibus esse culpam mortalem. Primus est cum mens distrahitur ad opposita attentioni in Officio requiritur, sive id contingat ex actu externo incompatibili cum attentione, sive ex voluntaria distractione ad exteriora. Et hoc casu clare dicit esse mortale. Secundus est quando evagatio mentis etiam involuntaria provenit ex precedenti cogitatione quae sit in culpa. Et quamvis hoc secundo casu Sanctus Doctor non dicat explicitè esse culpam laetalem, tamen cum Officium habeat culpam adstantiam, consequenter non habet suam efficaciam nec est satisfactorium, ut idem arguit ibidem in 2. arg. contrario. Ad hoc textus optimus in c. Ingravibus 3. q. 7. Id ipsum apertius docui in 2. 2. q. 83. art. 13. in respons. ad 3. dicens. Si ex proposito in oratione mens evagatur, hoc peccatum est & impedit orationis fructum. Et contra hoc dicit Augustinus in 3. reg. tom. 3. Psalmis & Hymnis, cum oratis Deum hoc versetur in corde quod profertur in ore. Et Cajetanus hic clare in responsione ad 3. vers. Nota secundò. (Evagatio, inquit, ex proposito semper est cum peccato mortali quidem quando ex contemptu vel ex induria in oratione quae est sub praecoepo, quit in notabili parte evagatur. Perinde est namque ac si illam omiseret.) Hec ille.

Et propterea beneficiarum horas Canonicas recitantem cum evagatione mentis voluntaria teneri ad restitutionem fructuum affirmant Navar. de oratione c. 20. n. 32. Petrus Navar. de restit. lib. 2. c. 1. n. 240. Petrus Lorca in 2. part. tom. 2. dist. 16. de leg. memb. 2. ad §. Suarez in 3. part. tom. 5. dist. 4. tit. 2. n. 26. & de relig. tom. 2. lib. 4. c. 25. n. 16. Valquez in opus. de benef. c. 4. §. 1. dub. 4. n. 104. & alii recentiores.

Circa secundam inspectionem, cum Ecclesia in tribus Generalibus Conciliis, nempe in Lateranensi, Viennensi & Tridentino praecoepo, devotionem internam, ut aliunde ostensum est supra n. 38. disputandum non esse an potuerit sic praecipere, satis est enim ut praecoepo, nec quatio potestatis est refricanda, c. Scriptum 6. q. 5. §. Qui autem in fine 17. q. 4. sed nihilominus ut objecto satisfiat, dicimus

ex communi Canonistarum sententia Ecclesiam habere autoritatem statuendi etiam de actibus omnino occultis Sceleratis. Ita colligitur ex glossa in clem. 1. in verbo ex ipso de heret. quae constanter assumat per Claves Ecclesiae militantis ligari posse omnino occulta, sed nominatim de illis non iudicet Tribunal Ecclesiae per iura hic allegata; & illam glossam sequitur hic de singulari appellat Card. n. 8. in 7. q. & Imol. n. 38. dicens Stephanum & Paulum concordare cum illa glossa cum qua etiam concordat Abbas in proem. Decretal. in verbo Res passivus n. 6. & in c. Extrapanda §. qui verb n. 21. de prob. ubi similiter illam glossam dicit singularem in c. fin. n. 2. de heret. & in c. 2. n. 13. de Offic. Ordin. Felin. in d. c. fin. & in c. Porò utroque in prin. de sent. excom. Idem tenet glossa unica in c. cogitationis de penit. dist. 1. quae dicit Canonem & legem punire voluntati peccatum.

59 Ideoque ponderosè, id est qui mente peccat, repellit à promotione, ut c. Hinc etenim, vers. ponderosus 49. dist. & propterea haereticum omnino occultum seu mentalem esse excommunicatum firmat glossa prima in summa 24. q. 12. Goffred. in summat. de heret. n. 2. Baldus in l. Si quis non dicam rapere n. 21. vers. Venio ad oppositum G. de Episc. & Cleric. ubi ait in haereticis deliberationem mentis sufficere ad perpetrationem delicti, eo quod delictum non requirit aliquid extere, sed perficere ut solus cogitatio. Unde Inquisitor haereticus pravitatis bene punire illum haereticum qui est haereticus in mente, licet in eo non appareant signa haereticis. Hec autem poterunt liquere Inquisitioni per confessionem haereticis, quia aliis non possit cogitatio mentis quam solus Deus cognovit probari, ut notatur in l. 2. de interrogat. act. & sequitur totidem verbis Joan. de Anan. in c. Si quis Episcopus n. 7. de heret. Felin. in c. 1. n. 7. de praesumpt. & in trañ quando conatus puniatur n. 6. vers. Fallit tertiò in 4. casu. Hippol. de Maril. in l. Qui iussu n. 13. ff. de falsi. Burfar. conf. 34. n. 5. & q. Clar. in Prae. §. fin. q. 91. & Menoch. alior adducens de arbit. iud. casu 360. n. 6. & ex Theol. Adrian. in 4. q. c. de confis. qui incipit Resit nunc inquirere, §. alii probant, vers. sed huius rationis & quodlibet 8. q. 8. littera G. Summa Rosella in verbo absolutio 1. n. 29. & in verbo excom. 1. cas. 1. n. 1. & in verbo haereticus n. 14. Alber. de agnos. assert. q. 33. n. 27. 29. & 32. & alii recentiores quorum opinio satis probatur in iuris allegatis in glossa praecitata in clem. 1. de heret. & quamvis ex illis iuris quaedam loquantur in occulto per accidens quod sensibus subiacet, sed ex accidenti habet ut sit occultum, quia dum & secretò perpetratur, ut secreta colloquio cum Cardinalibus in Conclavi existentibus, c. ubi periculum, §. Nulli etiam de elec. lib. 6. & occultis occupatio depositi Ecclesiastici, c. Clericus de imunit. Eccles. ead. lib. alia tamen loquantur etiam in occulto per se, ut clem. 1. §. quis verbò de statu Monach. ubi excommunicantur Regulares accedentes ad Caritas Principum animo nocendi, clem. curientes §. qui verbò de penit. c. fundamenta, §. quid si secus de elec. lib. 6. & dicit clem. 1. de heret. ex quibus patet Ecclesiam

potuisse praecipere in Divinis Officiis studium & devotionem etiam internam & mentalem prout praecipit. Similiter raram habens perussionem Clerici in corde tantum, non est quidem excommunicatus quoad Ecclesiam militantem, id est ab Ecclesia cui ratabilitio est ignota & non habetur pro excommunicato; sed tamen ligatus est quoad Deum. Et trem clavis Ecclesiae ligat in foro interiori, etiam illum qui peccat in corde tantum. Ita declarat Hostienus & alii post eum in d. c. mulieres de sent. excom. Præterea observandum est duobus modis posse prohiberi actus internos. Uno modo absolute & per se, videlicet praescindendo à quocumque actu exteriori. Et hoc modo sola lex Divina, non autem humana potest cohibere & ordinare interiores motus qui latent. Et ita procedit theoria Sancti Thomae supra citati n. 25. Et in hunc sensum per autoritatem Ecclesiae cogitationis poenam nemo patitur, ut dicitur in d. c. cogitationis de penit. dist. 1. alio modo possunt prohiberi actus interni in quantum colliguntur cum exterioribus; & hoc secundo modo & etiam lex Ecclesiastica potest praecipere & ordinare actus internos, sicut praecipiendo accessum ad Missam, praecipit etiam velle accedere & praecipiendo jejunium, praecipit etiam velle jejunare. Aliquando enim permittitur concomitantè & ratione connexionis quod non permittitur principaliter & directe; & ut l. Si mandavero, §. Is cui, ff. mandat. cum similibus, ut per glossam finalem in l. cum probatio, ff. de probat. Unde si quis in corde suo firmiter proponeret Missam non audire vel jejunium frangere, eo ipso mortaliter peccaret, licet propositum non perficere, ut per Silvestrum in verbo Hora n. 13. vers. Unde praecipiendo. Quando autem Ecclesia praecipit ut Officium studiosè & devotè celebretur, utique non praecipit attentionem & motum animi internum absolute & per se, sed in quantum colligatur & connexionem habet cum externa recitatione Officii & pronuntiatione oris, quae quidem recitatio & pronuntiatione necessario requirit, ut annexam habeat elevationem mentis in Deum & attentionem saltem virtutalem, ut abundè ostensum est supra maxime n. 41. & 45. ergò praecipiendo actum exteriori celebrationis Officii, praecipit etiam actum interiore attentionis sine quo illud esse non potest, arg. leg. 2. ff. de iurisd. om. iud. l. ad rem mobilem & l. ad legatum, ff. de procur. cum similib. ut per glossam in cap. Sicut Christus in verbo potest 1. quesi. 1.

Non obstat quòd Ecclesia non debeat alicui laqueam injicere, nec quemquam oneribus importabilibus alligare. Host. quoniam obiectum procederet si Ecclesia praeciperet in Officio attentionem actualem & continuam, hoc enim esset non tantum importabile, sed quod magis est, impossibile. ut dictum est supra n. 49. ut non est ita, quia sola virtualis attentio est in praecoepo, ut similiter ostensum est supra n. 46. ut autem homo scilicet ad alia se non divertat, hoc nullum est importabile onus, cum sit in sua facultate ex principis naturae quae Deus jam dedit, ut tenei supra ex Silvestro in verbo Hora n. 14.





negligentia voluntaria, idcirco & evagatio voluntaria reputatur de est. Quamvis vero sit directe ex industria, ut cum quis explicite vult non attendere; & de hoc specie erit sermo in presenti questione. Hoc premisso, pro clario solutione arborum duo casus esse distinguendos. Primus casus est cum distrachio & evagatio mentis voluntaria provenit ex eo quod quis scienter se occupat in actu externo & incompatibili cum interna attentione, veluti in scribendo, coelubulando, dormiendo & his similibus; & hoc primo casu conveniunt omnes per hunc textum esse culpam lealem & precepto Ecclesie non satisfieri, ita post Petrum de Palude firmat Sanctus Anton. in 3. parte, tit. 13. c. 4. §. 8. circa finem, ait enim, Si evagatio mentis sit ex hoc quod aliquis scienter se occupat in actu exteriori qui non secum patitur attentionem, videtur esse culpa mortalis & directe contra preceptum Ecclesie de celebratione Missarum, c. dolentes, ubi precipitur ut Officium celebret studiosè pariter & devotè. Hoc non observant qui occupant se in actu exteriori scienter sub attentionem subtrahunt. Hanc ille. Et sequitur totidem verbis Silvester in verbo Hora n. 13. vers. Tertium de est ex merito Sancti Thomae in 4. sent. dist. 15. q. 4. art. 4. ad 1. dum ait, Si in aliis spontè se occupat qua mentem distrachit sicut sunt exteriora opera & ad contrarium mentis evagatur, etiam culpa mortalis erit, nam verbum ad contrarium refertur ad attentionem, cum scilicet scienter se occupat in actu exteriori incompatibili cum attentione interna, ut explicat Petrus de Palude ibidem de S. Anton. loc. cit. & est prima intellectus quem ad hoc cap. postulat Host. n. 11. Joan. Andr. & Butr. ambo n. 9. & Card. in 7. not.

20 Secundus casus est cum voluntaria distrachio & evagatio mentis non provenit ex eo quod quis se occupat in aliquo actu externo qui mentem distrachit, sed ex solo actu interno; & in hoc secundo casu articulus est admodum difficilis & controvertitur, nam permixti ex recentioribus Theologis opinantur obligatum ad recitandum Divinum Officium non peccare, sed a Precepto Ecclesie satisfacere recitando illud etiam cum voluntaria distrachione. Inter quos Egid. Coninch. de Sacrament. in 3. parte, q. 83. art. 6. n. 291. Joan. Valer. de differ. utriusque for. in verbo Hora Canonica, differ. 1. per totam. Probabilem dicit Lessius lib. 2. c. 37. dub. 2. n. 63. in fine. Henr. Boich. in Summa lib. 9. c. 25. n. 5. in glossa littera P. & Paulus Layman in Theologia moralis lib. 4. tract. 1. c. 5. n. 10. Itemque de audientibus Missam in diebus

21 Festis tradunt eundem Coninch. ubi supra n. 297. & Layman. tract. 7. c. 3. n. 2. Et propterea Clericum Beneficiarium qui hoc a Canonico recitat sine attentione, imò & cum voluntaria distrachione non teneri ad restitutionem fructuum, censuetur Card. Tolentin in Summa lib. 2. c. 13. n. 26. Medina in lib. de oratione q. 16. Corduba in q. lib. 4. q. 13. Henric in Summa lib. 9. c. 25. n. 5. Alphonsus a Castro de leg. parat. lib. 2. c. 5. n. 10. Itemque probabilem Azor Iessit. Moral. part. 1. lib. 2. c. 23. q. 8. Lessius lib. 2. c. 37. dub. 11. n. 58. de novissime Diana resol. moral. lib. 10. tract. 12. resol. 1. ubi refert per hanc doctrinam contra communem Doctorem opinionem se liberasse a restitutione quemdam Petrum beneficium qui per septem annos recitavit Officium voluntariè sine debita attentione.

22 Preceptum huius opinionis fundamentum est, quia Ecclesia autoritatem non habet precipiendi ut Divinum Officium recitetur vel Missa audiat cum attentione seu devotione interna. Ad quod facit optime textus in c. Erubescant de quod hic notatur in glossa n. 32. dist. 8. Nonen 2. q. 1. & alia iura que ad hanc partem inducunt, Archid. in c. Cum quis n. 2. de sent. excommuni. lib. 6. de glossa in clem. 1. in verbo eo ipso de heret. nam cogitationis poenam nemo meretur seu patitur, l. cogitationis, ff. de pen. que est canonizata in c. cogitationis de penis dist. 2. ad idem. consulti 2. q. 1. ubi dicitur occulta de incoguita illi soli sunt relinquenda qui solus novit corda fidelium hominum; & videtur probari in §. Hic ita, vers. In certa 30. q. ult. & est ex merito Sancti Thomae 1. 2. q. 91. art. 4. ubi probans preter leges humanas fuisse necessarium tradi Divinas, ad hunc modum ratiocinatur. De his potest homo legem facere de quibus potest homo iudicare, iudicium autem hominis non potest esse de interioribus motibus qui latent, sed solum de exterioribus actibus qui apparent; & tamen ad perfectionem virtutis requiruntur in utroque actibus homo rebus existat; & idcirco lex humana non potest cohibere & ordinare sufficienter interiores actus, sed necessarium fuit quod ad hoc superveniret Divina. Hec Sanctus Thomas.

23 Et hinc sit ut ratam habens percussorem Clerici in corde tantum, non incidat in sententiam Canonis quoad Ecclesiam militentem, ut post Host. in c. mulieres, infra de sent. excomm. tenet glossa in verbo suo nomine in d. c. cum quis, not. tit. lib. 6. cum qua transeunt hic Gemin. Franc. & alii & Silvester in verbo excommunicat. 7. n. 4. Hinc etiam sit ut excommunicatio lata in hereticos quantumcumque occulta in c. quod autem, iuncta glossa 1. & in c. Scholasticus 24. q. 1. & in c. excommunicamus infra de heret. non liget illum qui ha-

restim tenet in corde tantum & non processit in opus exterius, puta scribendo vel aliud faciendo, licet occultè secundum Host. in d. c. mulieres, Petrus de Palude in 4. dist. 13. q. 4. art. 1. conclus. 8. n. 15. Major. in 3. dist. 25. q. 1. in fine. Cajetan. in prima in verbo heresi in fine & in 2. 2. q. 11. art. 3. Sotus in 4. dist. 22. q. 2. art. 2. col. 3. vers. Hoc autem suggestit & art. 3. post quintam conclusionem casu 1. Navar. in d. c. cogitationis n. 8. & 10. de penis. dist. 1. Covarr. in reg. peccatorum 2. p. in princ. n. 7. Angel. in Summa in verbo hereticus n. 1. Armilla in verbo Excommunicatio, inter casus excommunicationis, casu 9. in fine & Silvester in verbo Excommunicatio 7. n. 3. & q. ubi mordet glossa oppositum tenentem in d. clem. 1. in verbo eo ipso de heret. quod Theologalem materiam plenè non intellexerit. Nec obstat iura inducenda hic per glossam & Archid. in d. c. cum quis de sent. excommuni. lib. 6. quia non procedunt in hoc casu prolixius occulto, sed prout contra distinguitur a notorio, ut per Silvestrum d. n. 4. vel meliùs illa iura vindicant sibi locum in occulto per accidens quod scilicet quamvis sensibus subiacet, talem tamen vel testes non habet, non autem in mente per se quod scilicet ex sua ratione habet, ut non subicit cognitioni sentiri, ut egregiè explicat Cardinalis Cajetan. in 2. 2. quæst. 11. art. quarto. Nos autem versumur in occulto per se, videlicet in motu animi attentionis interne, qui propterea non subiacet precepto humano; & ita per supra dictam Theoricam in terminis propositæ questionis post Durandum in 4. dist. 15. quæst. 12. & Petrus de Palude ead. dist. quæst. 5. art. 2. conclus. 4. Firmat S. Anton. in 3. parte. tit. 13. cap. 4. §. 8. circa finem, ubi ait: Si evagatio mentis est advertentis, & solum secundum actum interiore, licet temeraria & gravis heresi, non tamen mortale, nisi propter contemptum, quia Ecclesia non habet iudicare de actibus interioribus nisi, propter quod Minister Ecclesie, licet dicendo orationem cogitet aliud, non videtur transgredi preceptum ex natura facti. Quod autem ipsum docuit Umberus ad eodem relatus, dist. cap. 4. §. 7. dicens preceptum reciti nisi Horas Canonice esse de iure positivo & propterea non referri nisi ad ea, que sub iudicio humano cadere possunt, qualia sunt que exercentur per actus exteriores, non autem per interiores & consentit Silvest. in verbo Hora num. 13. ubi reproban. intellectum eorum, qui putant esse in precepto Divinum Officium recitare devotè & studiosè iuxta textum hic; & devotionem referri ad intentionem & studio sitatem ad modum dicendi (Attentè, inquit, orare in Horis Canonice, non est de iure Divino fed positivo; & hoc ius positum ad interiora non se extendit per se sed in quantum colliguntur exterioribus ad que se extendit.) Hinc ex illo, facit textus in Clem. 1. de celebrat. Missarum in illis verbis; Praestium laborum suorum, ubi glossa. Ex hoc, inquit arguitur quod satis est labii servire in divinis horis, licet cor divertat ad alia. Est ita hunc textum ad hanc partem inducit Collegatus in c. 1. num. 6. supra eodem, & S. Anton. d. §. 7. Facit etiam ad hoc etimologia orationis, dicitur enim oratio, quasi oratio ratio, secundum Cassiod. psalm. 38. circa fin. relatum ad D. Thom. 2. 2. q. 83. art. 1. Et tenendo hanc opinionem non obstat hoc capitulum; quia responderi potest tripliciter iuxta primum, secundum & tertium intellectum, de quibus infra promittet.

Sed proximiùs motus obstatibus verius voluntarie distrachio precepto Ecclesie non satisfacere. Quod ut evidentiùs appareat, duo sunt inspicienda. Primum aut Concilium generale hic precipiat devotionem internam in Divinis Officiis celebrandis. Secundum aut potest sit precipere. Quoad primum inspectionem, quia Doctores intelligent hoc capitulum quatuor modis, examinandum est quis intellectus sit verior.

Primus intellectus est, quem hic secundo loco ponit Hostien. n. 14. Joan. Andr. Butr. ambo n. 9. & Abb. circa fin. vers. Secunda opinio. Quod scilicet locum Divinum Officium hic sit in precepto; alia vero que in devotione consistunt suadendo ponantur; & hoc innuit littera sequens dum dicit. Quantum eis dederit, nam ut formaliter, inquit, Host. num. 19. per hanc verba appositum consilium, fragilitatè hominum compatiendo, quali dicitur durum esse sit omnia prædicta in precepto venient. Preceptum igitur ut uniusquisque de de nocte & de die dicat Horas Canonice, intentionem autem de devotionem est ipsam suadentem, eam tamen in precepto non ponitur, sed gratia Dei secundum quod ipsam dare voluerit, duximus relinquendam. Et hunc intellectum tenent, ut subdit Hostien. quia benignior est & quia Ecclesia non debet alicui laqueum incidere, c. De viduis il. secundo 27. q. 1. nec homines operibus importabilibus alligare c. Alligant, 16. qu. ult. & sequuntur totidem verbis S. Anton. in 3. parte, tit. 13. c. 4. §. 7. & summ. Rosel. in verb. Hora.

Verum hunc intellectum iure optimo refellit Silvester in verb. Hora num. 14. Quia si hinc preceptum sola celebratione Divini Officii, nihil præter præcipitur; nam quoad præ-

De Celebrat. Missarum, c. Dolentes

latos & clericos in facie, seu beneficiarios jam hoc erat in precepto, ut c. fin. 92. dist. 8. c. 1. supra eodem. Hoc autem evagatio litteræ, que clarè dicit, præcipientes. Præterea circa omissionem officii nullus in text. narratur excessus, sed solummodo circa modum celebrationis. Merito Concilium non precipit ut celebretur simpliciter & absolute quod supervacuum fuisset; sed ut celebretur studiosè & devotè in quo Prælati & minores clerici prævaricabantur ut in prima parte textus; nec refragantur illa verba, Quantum eis Deus dederit. Quia hoc non tollit quin homo possit nec divertere intentionem scienter, cum hoc sit in sua facultate ex principis nature que Deus illi dedit, ut hic per Silvestrum.

Secundus intellectus est, quem ultimo loco recitant, & idem probare videntur Hostien. num. 15. Joan. Andr. & Butr. ambo num. 9. in fin. Quod scilicet hoc capitulum non obliget ad culpam de novo incurrandam, sed ad penam suspensionis tantum que potest infligi, & hoc satis insinuavit diàm dixit hoc penam suspensionis.

35 Sed neque hic intellectus congruit litteræ, quia hæc constitutio continet duo, videlicet prohibitionem & preceptum ut fatentur didemet Host. & Joan. Andr. ambo in verb. Inhibitionis. Prohibitio refertur ad commensationes superfluas & inordinatas, & consilia, que devotionem impediunt & hæc prohibitions tantum adhibetur pena suspensionis. Preceptum autem quod subsequitur de Divino Officio devotè celebrando, hanc penam non habet. Restat igitur, ut necessario ad culpam obliget. Canonis enim precipientes transgressio est sui natura est culpa mortalis, cap. Quod precipitur, 14. qu. 1. c. Nalli fas 19. dist. 8. c. Violatores, 25. qu. 1. Archid. in c. Detestanda num. 4. de consecratione præbend. lib. 6. dixi in c. fin. num. 22. supra de consecratione. cum præsertim precipitur, quod nec fit à Concilio non sit simplex, sed formale, videlicet in virtute obedientie ut in littera Silvest. in verb. Preceptum num. 2. vers. Dico, Alphons. a Castro, de legib. parat. lib. 1. cap. 5. Præterquamquod licet etiam in 2. precepto affirmativo esset adjecta poena; nihilominus cum poena huiusmodi sit spiritalis scilicet suspensio, tantum adhibet ut excludat culpam, ut potius obliget transgressores ad peccatum mortale. Ita S. Anton. quem refert & sequitur Silvest. loc. cit. n. 3. vers. Et similiter si imponitur poena suspensionis.

Tertius intellectus est, quem ponit idem Silvester in verb. Hora n. 14. vers. Et idem dico, afferens illum esse ex merito S. Thom. & Petri de Palude in 4. dist. 15. videlicet quod in hoc cap. precipitur devotio quantum ad actum exteriorem ut scilicet non dicatur horæ operando manualiter opera impertinentia, aut confabulando, aut notabiliter inopertando & huiusmodi que hic reprehenduntur & similiter quod precipitur devotio quantum ad actum interiore sine quo hic exterior haberi non potest cuiusmodi est vale facit facere precepto Ecclesie & palliende vale abstinere à prædictis, non autem precipitur attentio, sine qua prædicta esse possunt.

Cæterum huic intellectui aperte refragantur verba illa, quantum eis Deus dederit, que non adaptantur nisi attentioni interne ut inferius clarè demonstrabitur n. 40. Item refragantur alia fundamenta, de quibus infra n. 35. & seqq.

Quartus igitur & verus intellectus est quod hic precipitur devotio etiam quantum ad attentionem & actum interternum cordis, non tamen actualem, sed secundum virtutem, ut inferius explicabitur. Quem intellectum primo loco ponunt Host. n. 13. Joan. Andr. & Butr. n. 9. Cardin. in 7. notat. dicunt enim; quicumque interet Missæ vel Divinum Officium recitat & non habet cor ad Dominum, sed ad exteriora propter que devotio impeditur, mortaliter peccat ut hic patet & in c. Quod precipitur 14. quæst. 1. verbum durum est, sic tamen scripsit eus c. Scripsit 6. qu. 3. l. Proferat, ff. Qui, & quibus.

Hunc intellectum ego existimo ex sequentibus confirmari posse & primo hic textus tria facit. Prohibet enim primùm Divinis Officiis intermisceri fabulas, commensationes & alia exteriora que devotionem impediunt; & per hanc inhibitionem satis firmavit obligationem devotionis externæ quantum ad humilationem & compositionem corporis, de qua in c. ubi periculum, §. penult. de elect. lib. 6. & per glossam in Clem. 1. in ver. De oratione, in 7. membro, de relig. & venerat. Sanctos. Deinde precipit, ut Divinum Officium celebretur studiosè quantum ad labia & pronuntiationem oris, scilicet distinctè & sine incopta. Tertio precipit, ut celebretur devotè. Cum ergo jam præcipisset devotionem quantum ad humilationem corporis & actus externos, nec hoc verbum devotè sit superfluum, superest ut referri debeat tantummodo ad officium cordis, quod satis comprobatur ex decreto Concilii Tridentini cap. vers. Omnes verò debet. 24. hic. & in Choro ad sfilendum instituto hincis & castis Dei nomine reverenter, distinctè, devotèque laudare. Quibus verbis fatis aperte comprehenduntur illa tria que

hic injunguntur à Concilio Lateranensi. Dicitur enim reverenter quantum ad humilationem & compositionem corpore; distinctè quantum ad oris pronuntiationem, & devotè quantum ad mentis elevationem. Quod ipsum perspicuis verbis habetur in decreto de observandis & evitandis in celebrat. Missæ. 22. vers. Neminem, ubi precipitur Ordinatis Laicorum ut neminem permittant facris interesse, nisi prius qui interternum devotè composito corporis habitu declaraverint se mente etiam ac devoto cordis affectu, non solum corpore adesse. Ad idem Concilium Vinnentie in Clem. 1. de celebrat. Missarum. hic fructum laborum suorum cum paritate conscientie & animi devotione, nec non hic, horis debitis devotè psallatur. Et Concilium Aquitanense c. 131. hic, Divinum Officium humiliter ac devotè persolvere, & infra hic. In persolvendis Divinis laudibus prompiter & devotiores existant, tom. 3. Concil. part. 1. sess. 2. fol. 150. col. 1. & Concilium Mogunt. in tit. de Hor. Canon. hic, Articulate, distinctè, & cum attentione omnia integre pronuntient, tom. 4. Concil. part. 2. fol. 179. col. 1.

Præterea preceptum de officio devotè celebrando hic fit adjecta modificatione illa quantum eis Deus dederit. Hæc autem verba aperte ostendunt Concilium præcepisse devotionem illam que est donum Dei & sic devotionem formalem & internam, que cum sit actus virtutis ut ait S. Th. in 2. 2. quæst. 82. art. 1. & quæst. 83. art. 3. Divino indiget auxilio, e. ut de consecrat. dist. 4. non autem nudam devotionem materialem & apparentem, quam etiam habent hi poerite qui ostendunt ex actu extrinseco contrarium eius, quod in mente gerant cap. Quod interrogasti 27. dist. cap. Citius & hic glossa 1. de penis. dist. 2. de quibus Marc. 7. Populus hic labiis me honorat, cor autem orbis longè est à me, & Hieronimus super Matth. 9. Omnia strepitu laborum benedicunt Dominum; inaudita mente veritatis interiorum contradicunt. Et propterea gloss. ult. habet expostit verbum studiosè, scilicet quantum ad officium oris & verbum devotè, quantum ad officium cordis, quam expositionem sequuntur etiam Host. n. 20. Joan. Andr. n. 10. Cardin. in princip. in verb. studiosè & Abbas, in 1. notat.

Ad hæc precipitur ab Ecclesia recitatio Divini Officii que est species orationis c. 1. supra eodem. Ergo necessario precipitur etiam interna mentis attentio, Nam oratio est attentio mentis in Deum, ut definit Damascenus lib. 3. de fide orthodoxa c. 24. & in 3. de Trinit. c. 12. Theologus in 4. sent. dist. 15. S. Thom. in 2. 2. quæst. 83. art. 13. Implicat ergo ut Ecclesia precipiat orationem & non præcipiat internam devotionem & elevationem mentis in Deum, quia à quo removetur delinrio, removetur & delinrio, l. Quisquis, in secunda, ff. de aur. & argent. litat. & l. Omnis delinrio, ff. de regul. juris, unde optime Cassianus relatus à glossa in Clem. 1. in verb. Orationes in 7. membro de relig. & veneratione Sanctos. Nunquam, inquit, orat, quisquis etiam flexis genibus, si vagatione distrahatur. Et Chrysostomus homilia 1. de Anna. Omnes quidem oramus sed non omnes in conspectu Domini, etenim corpore in terra prostrato & ore frustra delirante mens ubique per domum, aut forum circumagitur. Quo ore talis potest dici quod oraverit in conspectu Domini. Et Bernardus de inter oris dono, c. 70. Vacantes corpore & vagantes ubique corde nequamquam merentur videre quam dulcis est Dominus, necientes sacre sabbatum ex sabbato, & idcirco viderunt eam hostes & deriserunt sabbatum eius, & S. Thom. in 2. 2. qu. 82. art. 13. ad 3. Si quis ex proposito in oratione mente evagatur hoc peccatum est & impedit orationis fructum. Precipitur ergo hic affectus cordis & attentio que duo precipiuntur in oratione requiruntur, ut notat glossa prælegata. Affectus cordis exprimitur per verbum, devotè, attentio mentis per verbum, studiosè. Nam, ut inquit Collectar. hic numero secundo hoc verbum studiosè, non caret misterio contra illos, qui dàm dicunt Officium Divinum, aliò animu fleunt; studium enim excludit negligentiam & evagationem c. 1. in fin. de offic. Poimicer. De affectu cordis patet in c. 1. 92. dist. ubi dicitur non magis voce quam corde psallendum & glossa hic in verb. Voce, recitat verus.

Non vox, sed votum, non chordula musica, sed car 1.  
Non clamans, sed amant cantat in aure Dei.  
Nam ut inquit August. Quid prædesti spiritus laborum, si mutam est cor, & sem. 6. de verbis Domini. Dolor magis adversus fratres nostros movet, quod sic voluit intrare Ecclesiam, ut hic corpus videt homo, quare satis istus esse debet; si intus est quod videt homo, quare satis istus esse debet? Ad idem cap. Sedule, 33. dist. hic: Noverim non esse vocem ad aures Dei, nisi animi affectum. De attentione probatur in cap. 2. hic Attendatur in locis istis attentis præcoribus sacra solemnitas, de immunit. Ecclie. lib. 6. & in cap. Quando de consecrat. dist. 1. ubi ad hoc ponderatur à Cipriano preparato Sacerdotis in præfatione dicens, sursum corda, quia nihil tunc animus cogitare debet quam quod precatur. Iustitia enim ex opere non consummatur, nisi etiam voluntas affuerit, cap. Sicut 22. quæst. 5. Et 44





DE CELEBRATIONE MISSARUM.

Innocentius III. in Concilio Generali.

CAPUT IX.

Dolentes referimus, quod non solum quidam Minores Clerici, verum etiam aliqui Ecclesiarum Prælati, circa comestationes superfluas, & fabulationes illicitas (ut de aliis tacemus) ferè medietatem noctis expendunt, & somno residuum relinquentes, vix ad diurnum concentum avium excitantur, transcurrente undique continua sinecopa Matutinum. Sunt & alii, qui Missarum solemniam vix celebrant quater in anno; & (quod deterius est) interesse contempunt, & si quando hæc celebrantur, interfiant, chori silentium fugientes, intendunt exterius colloquutionibus laicorum; dumque auditum ad indebitos sermones effundunt, aures intentas non porrigunt ad Divina. Hæc igitur & similia sub pœna suspensionis penitus inhibemus, districtè præcipientes in virtute obedientiæ, ut Divinum officium nocturnum pariter & diurnum, quantum eis Deus dederit, studiosè celebrent pariter & devotè.

SUMMARIUM.

- 1 Officium nocturnum, & diurnum Prælati & Clerici studiosè, & devotè celebrari debet. Et quomodo intelligantur verba studiosè & devotè, & n. 39. 40. 41.
2 Prælati Ecclesiasticis & præcipue Papæ dolendum est de peccatis, & excessibus subditorum.
3 Ad officium diurnum tenentur Clerici in sacris, non autem in minoribus ordinibus constituti, nisi sint beneficiati.
4 Prælati, & Clerici reprehensibile est somno non surgere ad diurnum concentum avium.
5 Christiano indecens est si radius solis ipsum in lecto dormientem inveniat.
6 Horæ Canonice sine Synopsa celebrari debent.
7 Synopsa quid sit.
8 Horas canonicas celebrant cum sinecopa quando habeatur pro celebrante secundum opinionem Vincentii.
9 Non peccat nisi venialiter si ex negligentia aliquam dictionem, aut verbum omittat, nec tenetur ad caput psalmi propter hoc reverti.
10 Nec si omittatur psalmus, ad illum est redeundum. Non est tamen inconveniens psalmum prætermisissim dicere siue essent in eodem, siue in alio nocturno, aut in psalmis vespertinis, nisi timor scandalii subisset.
11 Negligenter faciens opus Dei quando maledictionem incurat.
12 Sacerdos graviter peccat si Missam non celebret saltem quater in anno, scilicet in præcipuis festis.
13 Cogi tamen non potest ab Episcopo ex decreto Concilii Tridentini, sed moneri tantum ad non impeditis celebrare.
14 Episcopus debet quolibet die Dominico in propria Ecclesia præsens esse, & saltem semel in hebdomada celebrare.
15 Nec deest cum transire ullam diem qui Missam celebret, vel audiat.
16 Officium divinum dicentes, vel Missam audientes cum distractione voluntaria an satisficiant præcepto Ecclesiæ, & num. seq. usque in fin. Quid si distractio proveniat ex eo quod quis scienter se occupet in actu externo, & incompatibili cum interna attentione, n. 19. & 55. Et quid si proveniat ex solo actu interiori, num. 20. & seq. usque in fin. Referuntur Auctores & fundamenta opinionis affirmativæ, num. 21. & seqq. usque ad n. 33.
18 Mentis evagatio quadruplex.
19 Beneficiatus, qui Horas Canonicas recitat cum distractione voluntaria, non tenetur ad restitutionem fructuum. Contrarium, n. 38. & seqq. maximi n. 57.
20 Ecclesia non potest præcipere ut officium recitetur, vel Missa audiat cum attentione interna, & num. seqq. ad num. 33.
21 Contrarium num. 38.
22 Declaratur, num. 64.
23 Cogitationis pœnam nemo patitur. Declaratur, n. 64.
24 Legem ferre non potest homo nisi de his de quibus potest judicare. Judicium autem hominis non potest esse de interioribus matibus, qui latent, & num. seqq. usque ad n. 31.
25 Declaratur, n. 64.
26 Ratam habens percussorem Clerici in corde tantum non incidit in sententiam Canonis quoad Ecclesiam militantem. Declaratur, num. 64.
27 Hæreticus qui non processit in opus externum, sed hæresim tenet in corde tantum, non est excommunicatus. Contrarium, n. 63.
28 Occulta per se non subjunt iudicio Ecclesiæ, sed solum occulta per accidens. Contrarium, num. 62.
29 Distractio voluntaria in officio si sit secundum actum interiorum est quidem gravis, & temeraria, sed non mortale. Contrarium, n. 38. & seqq.
30 Præceptum recitandi horas Canonicas est de jure positivum, & idem non refertur nisi ad ea, quæ sub iudicio humano cadere possunt.
31 In horis divinis jatis est latius orare, licet cor divertat ad alia. Contrarium, n. 38. & seqq.
32 Oratio dicitur quasi oris ratio.
33 Devotionem internam an generale Concilium hoc possuerit in præcepto. Et expenduntur quatuor intellectus hujus capituli, & numer. seqq. usque ad num. 51.
34 Attentio interna tanquam onus importabile his non præcipitur, sed suadet. Contrarium n. 38. & seqq. Declaratur n. 68.
35 Officium studiosè & devotè non celebrantes non obligantur

- ad culpam, sed ad pœnam suspensionis.
36 Contrarium & n. 37.
37 Præceptum in virtute obedientiæ vel sub pœna suspensionis abique dubio obligat in ingressores ad culpam mortalem.
38 Officium recitatum vel Missam audientem, si cor ad Deum non habeat, mortaliter peccat, n. seqq. usque ad n. 51. & n. 55.
Declaratur & n. 51. & seqq.
39 Officium debet dici reverenter quantum ad compositionem corporis, distinctè quantum ad pronuntiationem oris & devotè quantum ad mentis elevationem.
40 In officio præcipitur devotio interna & formalis quæ est donum Dei, non autem sola externa & materialis quam habent etiam hypocritæ.
41 Oratio quid sit.
42 In Oratione duo præcipue requirantur, videlicet affectus cordis & attentio.
43 Justitia ex opere non consummatur, nisi etiam voluntas affuerit.
44 Officium recitans vel Missam audientem, ad aliud cogitans mentitur.
45 Officium ut satisfiat præcepto, necesse est ut non procedat ex sola imaginatione, sed ex deliberatione quæ attentionem requirit.
46 Non tamen oportet ut in profectione officii attentio semper duret secundum essentiam abis, sed jatis est ut duret secundum virtutem & n. 49. & 68.
47 Assentio virtualis intelligitur perdurare, quando aliquis ad officium accedit cum intentione Deo debitam obsequium reddendi, etiam si in profectione mens ad alia rapiatur.
48 Nisi tanta fiat evagatio ut omnino deperat vis prima intentionis.
49 Cor hominis vagum & mobilis omni mobilis.
50 Assentio virtualis omnino deperit per voluntariam distractionem.
51 Distinctio voluntaria non est culpa mortalis, nisi tanta sit ut notabilem officii vel Missæ partem abjunctam & n. seq. usque ad n. 57.
52 Clericus an peccet qui dum est in officio, cogitat super aliquo bono spirituali vel temporalis.
53 Et quid si non intelligat quæ hic dicuntur vel legantur.
54 Et quid si nimirum fatigatus spiritu de aliis cogitet.
55 Mentis evagatio in officio, quando sit culpa mortalis est sententia Divi Thomæ.
56 Oratio quæ habet culpam adjunctam, non habet suam efficaciam nec est satisfactoria.
57 Lex Canonica ferri potest etiam de actibus omnino occultis & internis ex sententia Canoniarum, licet de illis judicare non possit quando latent.
58 Ponderosus, id est qui mente peccat, repellitur à promotione.
59 Hæresis persequitur ex sola mentis cogitatione.
60 Inquisitor potest punire hæreticum mortuum, si liquet de hæresi per illius confessionem.
61 Regulares ad Curias Principum accedentes animo nocendi sunt ipso facto excommunicati.
62 Lex Ecclesiastica potest ordinare & cohibere actus internos in quantum obligantur cum exterioribus & n. seqq.
63 Permittitur aliquando concomitantè & ratione coactionis quod non permittitur principaliter & directè.
64 Proponens non jejunare vel Missam non audire, peccat mortaliter, licet propositum non perficiat.

Dolentes. Præcipit Prælati & Clerici in virtute obedientiæ, ut nocturnum Officium & diurnum studiosè celebrent & devotè. Et duas habet partes. In prima ponit duplicem excessum. In secunda prohibet hic hæc recitari, & prima subdistinguitur in duas prout duo sunt excessus, secunda hic sunt & alii.
Nota primò hic Dolentes. Prælati Ecclesiasticis & præcipue Summo Pontifici dolendum esse de peccatis & excessibus subditorum. Unde dicebat Apostolus 2. ad Corinth. 11. Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur & ego non aror? Ad hoc caput Charesius de sancti. distinctione secundâ & cap. cum instantia; & hic glossa prima supra de censuris.
Secundò nota hic Minores Clerici. Ad Divinum Officium recitandum, tenent etiam Clericos minores, intellige si sint in Sacris Ordinibus constituti, ponuntur enim hic minores Clerici ad differentiam Prælatorum; ad constituti in minoribus ad horas Canonicas non tenentur, ut dixi in c. supra eodem. Quidquid contra scripserit hic Abbas num. 7. vel minores Clerici subaudi & beneficiati, prout hic subaudiunt Host. & Joan. Andr. ambo in princ.
Terziò nota hic ad Divinum concentum, reprehensibile esse Prælati & Clerici & somno non surgere ad diurnum concentum avium, id est in Aurora, sic dicta quasi avium hora secundum Host. n. 5. in fine in verbo ad diurnum concentum. Joan. Andr. n. 3. & Card. in princ. nam ut ait Sanctus Augustinus. Indecens est Christiano si radius Solis ipsum in lecto dormientem inveniat, facit textus in c. Sunt qui arbitrantur de pœnit. dist. 1. & in capite Clericus victum 91. distinctione. Si quis tamen deperat somno tardius ad Ecclesiam surgat, inter venialia computatur, c. Alius ante finem 25. dist.
Quartò nota hic Continua sinecopa Divinum Officium dicendum esse sine sinecopa. Est autem sinecopa idem quod concisio & est figura cum littera, vel sillaba è medio dictionis abscinditur, ut compositus pro compositus & virum pro virorum; dicta sinecopa à verbo græco quod est concidere, quilibet igitur occitanter orando aut propter pronuntiandum aut aliis præcedit seu divertit verba horarum Canonicarum, is verè dicitur sinecopare & violat prohibitionem Concilii Generalis, de qua hic. Verumtamen ut inquit Vincentius hic & post eum Card. n. 7. in 1. q. qui cum sinecopa loquitur horas celebrando habetur pro celebrante, dummodo intendat dicere quod dicit Ecclesia & utatur verbis in propria significatione, nec intendat errorem inducere, c. Retulerunt de cons. dist. 4. quod procedit si breves sint sinecopæ per quas omittitur pars verbi seu dictionis, non tota dictio secundum eos. Non tamen peccat Clericus si ex negligentia aliquam dictionem aut verbum omittat, nec obstringitur ad caput Psalmi propter hoc reverti, aliis enim posset aliquibus scandalum generari sine magna causa. Quin imò est contraxit Psalmus ad illum non est redeundum ob causam prædictam. Ita Innoc. hic n. 1. vers. imò si aliquem verum. Constat tamen debet sum negligentiam secundum eum; atque ita non peccat mortaliter, sed venialiter tantum, ut explicat Host. n. 8. in fine & Joan. Andr. n. 1. nec obicit illud Hierem. 48. Maledictus homo

qui facit opus Domini desolator. Nam secundum Innoc. & alios præcitas illud intelligitur de accurata vel lata & multoties negligentia. Nos verò hic loquimur de levi vel levissima que forte ex nimia meditatione vel contemplatione contingit. Verum ut Innoc. subdit. Si subue essent in eodem nocturno vel in Psalmis vespertinis, quin imò essent in alio nocturno non esset inconveniens ut Psalmum prætermisissim dicerent, nisi tamen timor scandalii subisset. Non enim est tantum unius Psalmi prætermisissim, ut propterea sit aliquis scandalizandus, arg. cap. Nihil de præser. & cum Innoc. transiunt Host. hic numero 10. Joannes Andreas & Burr. ambo n. 5. & reliqui omnes.
Quintò nota hic vix celebrant quater in anno, nedum Prælatos, sed simplices quoque Sacerdotes graviter peccare, si legitimo impedimento cessante Missam non celebrent saltem quater in anno scilicet in præcipuis festis. Id quod relatis verbis Ambrosii egregie probat Sanctus Thomas in 3. part. q. 23. art. 10. & in 4. sent. dist. 13. q. 1. art. 2. & hic etiam Dura d. q. 2. & Palud. ed. q. art. 1. & consentit Sotus de Just. & Jur. lib. 9. q. 3. art. 1. Archid. in c. Sufficit n. 1. de consec. dist. 1. Allen. lib. 4. tit. 14. art. 1. Summa Pijana in verbo Missa, §. 8. Summa Confessor. lib. 3. tit. 24. q. 125. Armilla in verbo Communio n. 14. & in verbo Missa n. 28. Angel. in eodem verbo n. 44. Silv. verbo Missa, primo n. 7. vers. Quartum circa finem & Navar. in manuali c. 25. n. 88. vers. Vigesimo primo. Et quavis Alex. de Ales part. 4. q. 5. memb. 2. Cajetanus, Victor & alii nonnulli sententiam non esse rerum mortalium culpæ simplicem Sacerdotem qui omnino abstinet à consecratione Eucharistiæ; prima tamen opinio est tutior, licet Concilium Tridentinum in c. 14. sess. 23. hunc articulum non definiat, tantum enim ait (Curet Episcopus ut hi (scilicet Presbiteri) saltem diebus Dominicis & festis solemnibus, si autem curam habuerint animarum, tam frequenter ut suo muneri satisficiant, Missas celebrent) & Sacra Congregatio ejusdem Concilii Interpres consulta an Episcopus ex d. c. 14. sess. 23. vers. Curæ, possit monere Presbiteros sub pœna & censuris, ut legitime non impediatur celebrent. Respondit non posse, sed solis adhortationibus & monitionibus utendum esse. Hæc quoad simplices Sacerdotes. Episcopus verò quolibet die Dominico debet in propria Ecclesia præsens esse, ut notatur in c. Te referentem infra eodem; & saltem semel in hebdomada celebrare, nisi legitime sit impeditus secundum Host. hic num. 11. Quin imò non deest eum transire abique causis rationabili ullam diem, quin Missam dicat vel audiat, ut expressum est in c. fin. de privi. lib. 6.
Querò, an Divinum Officium dicentes vel Missam audientes cum distractione voluntaria, satisficiant Præcepto Ecclesiæ.
Ad evidentiam præmittit ex Cardinali Cajetano in 2. 2. q. 83. art. 13. in 2. notat distinctionem seu evagationem mentis esse in duplici differentia. Alia enim est involuntaria veluti cum ex fragilitate vel ex importunitate, non autem ex voluntate in prosecutione officii ad alia mens rapitur. Alia est voluntaria; & hæc iterum subdividitur, nam quædam est ex negligentia, ut eum quis negligit attendere, qui enim





DE CELEBRATIONE MISSARUM,

Honorius III. universis Ecclesiarum Prælati.

CAPUT XI.

Cum creatura non habeat quid pro meritis respondeat Creatori: & infra. Mandamus, quatenus nullum in vos teporem negligentia obrepere permittatis, quo minus & pro anniversariis defunctorum, & pro festo vel feria, secundum temporum congruentiam, Missarum solemniter celebretis.

SUMMARIUM.

- 1. Anniversarium quid sit & n. 12.
- 2. Missas duas potest Rector Ecclesie celebrare propter necessitatem Anniversarii.
- 3. Missa Conventualis una vel plures, an & quando celebrari debeant in Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis & n. 17. usque in finem. Quid de Jure communi; & examinetur quantum intelligitur ad hoc Capitulum a num. 3. usque ad n. 21.
- 4. Quid ex Missali Romano, a num. 21. usque in finem.
- 5. Missa Conventualis una, scilicet de festo vel feria & pro anniversariis defunctorum in Collegiatis Ecclesiis sunt celebranda, n. 3. & 23.
- 6. Missa Conventualis pro defunctis in anniversario celebrari potest etiam in Festo dupliti vel semidupliti & n. 23.
- 7. Missa defunctorum corpore presente omni die celebrari potest præterquam in Parasceve & Paschate.
- 8. Anniversarium defunctorum si occurrat in Festo, fieri debet saltem in privato.
- 9. Contrarium n. 9. & 23.
- 10. Missa Conventualis de feria propter anniversarium defunctorum non est omittenda.
- 11. Canonici Sarnensibus ex conventione obstricti cantare Missam ter in hebdomada, denegatur facultas omittendi Missam de feria.
- 12. Anniversario pro defunctis non satisficit dicendo Missam de feria & n. 11. & 13.
- 13. Suffragia que sunt à Presbiteris gerentibus personam totius Ecclesie prostant mortui, etiam si tales Presbiteri sint peccatores.
- 14. Missa defunctorum cantari debet à beneficiatis juxta legem fundationis, etiam in illis diebus in quibus ex prescripto Missalis cantatur alia Missa pro defunctis.
- 15. Missa una Conventualis, scilicet pro defunctis & Officio carrete in Collegiatis Ecclesiis quotidie sunt celebranda & contra factum peccat & n. 15.
- 16. Contrarium n. 16. & 24.
- 17. Missa defunctorum præfertur Missa de feria.
- 18. Contrarium n. 24. & 26.

Cum Creatura. Legitur quadrupliciter, licet Abbas Antiqui dicat planum esse & Doctores transant sicco pede. Ad intelligendum præmittendum est sepe contingere ut in aliquibus Ecclesiis ex variis defunctorum relictis imposita sint anniversaria, id est officia, que sunt pro mortuis anno revoluto à die obitus ipsorum ut hic per glossam & Host. num. 1. & alibi appellantur vigiliæ, e. 1. 91. dist. 8. ubi gloss. in verb. Vigilia, exponit, id est mortuorum exequi, nam ut inquit Host. hic num. 3. Hi, quibus pro anniversario aliquis est relictum, sunt quasi ex debito obligati sicut alias legitur & notatur in c. Parochianos, supra de decim. Neque hoc est simoniacum, c. Significatum supra de prob. e. Non est dicendum infra de voto, & cap. 3. Ne Prælat. vic. suas: & sequuntur totidem verbis Joan. Andr. num. 2. Burr. & Cardin. ambo num. 3. Et hæc quidem anniversaria quandoque imponuntur Capellis, id est Ecclesiis parochialibus vel aliis Ecclesiis in quibus non est nisi unicuique Sacerdos quo casu propter talem necessitatem Presbiter potest dicere

- 14. Missa pro defunctis potest celebrari in diebus Festis etiam solemniter.
- 15. Contrarium n. 16.
- 16. Declaratur n. 16.
- 17. Missa una, id est pro defunctis & de feria quotidie cantari debent in Ecclesiis Conventualibus.
- 18. Contrarium n. 20. & 24.
- 19. In Missis singulis orandum est pro defunctis per preces in secundo Memento.
- 20. Commemoratio pro defunctis qui legata pro Missis reliquerunt, quomodo satisficit ex Sententia Sacra Congregationis Concilii.
- 21. Missa una Conventualis, id est de Officio currente, quotidie celebrari debet in Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis.
- 22. Fallit in casibus hic enumeratis, in quibus debent cantari due Missæ.
- 23. Anniversario occurrente in Collegiatis Ecclesiis cantari debent due Missæ, una pro defunctis, alia de festo vel feria.
- 24. Idem in die depositionis defuncti, ibid.
- 25. Missa Conventualis pro defunctis in Ecclesiis Collegiatis non debet dici quotidie, sed prima die cujusque mensis & feria secunda cujusque hebdomada.
- 26. Quid si tunc occurrat festum simplex vel feria propriam habent Missam, cantari debent due Missæ.
- 27. Missa Conventualis pro defunctis, nisi occurrat Anniversarium vel tertius dies depositionis defuncti in festo dupliti vel semidupliti celebrari non debet.
- 28. Missa privata de Requiem, dici non possunt in festis duplitis & Dominicis diebus.
- 29. Intellectus, e. Et hoc attendendum, de consecr. dist. 1.
- 30. Rubrica Missalis Romani servari debet non obstante quocumque prætextu & contrario consuetudine.
- 31. Rubrica decretalium & legum sunt autentice & allegari possunt ad decisionem causarum si habeant orationem perfectam.
- 32. Secus in rubricis decreti & cur.

duas Missas e. Constatuisti, supra eod. secundum Host. hic num. 2. in fin. cum quo Joan. Andr. eod. num. & alii transseunt. De his tamen Capellis non loquitur hoc Capitulum, sed de Ecclesiis Conventualibus in quibus plures sunt Sacerdotes, ut patet hic. Conventualiter celebrat: unde secundum Host. eod. num. 2. locum habet in Cathedralibus & Collegiatis. Idque sive sint secularis, sive regulares, ut in Clem. Ut si de stat. & qual. & in Clem. 1. §. Ne igitur de celebr. Missar. In latiori tamen significatione aliter accipitur anniversarium, ut dicam infra, n. 12. Quibus præmissis primo modo legitur hic textus ut locum habeat non generaliter in omnibus Ecclesiis Conventualibus nec in omnibus diebus, sed in illis duntaxat in quibus contingit, ut ex peculiari obligatione anniversaria sint celebranda, ita ut in illa die in qua occurrat anniversarium celebrari debeant due Missæ solemniter in Conventu, una scilicet pro defunctis & alia de festo si occurrat festum, vel de feria si feria occurrat & secundum hunc intellectum de quo plenius dicam

De Celebrat. Missarum, e. Cum creatura.

dicam infra in 2. conclusione numer. 23. hoc intendit. In Conventualibus Ecclesiis conventualiter celebrande sunt Missæ de festo vel feria & pro anniversariis defunctorum; prout summant Joan. Andr. Burr. Card. & Anchar. Et juxta hanc lectionem nota Missam Conventualem pro defunctis in die anniversario non esse præmittendam propter Missam Conventualem de festo, & sic habes Missam pro defunctis in die anniversario posse solemniter celebrari etiam in diebus festis. Simile habetur ex actis Mediolanens. Ecclesie part. 4. tit. Instruct. ad sum. fol. 559. col. 2. ubi sic legitur, Missa defunctorum corpore presente omni die celebrari potest, præterquam in Parasceve & Paschate quibus diebus non licet corpus sepulture tradere, nec Missam pro eo cantare. Secundo modo legitur hic textus, ut in Ecclesiis Conventualibus in illis diebus in quibus incidit anniversarium celebrari debeant due Missæ, non tamen ambe collegialiter sed una tantum secundum exigentiam diei, ita ut si occurrat festum, dicatur de festo solemniter in Conventu & pro defunctis in secreto, si occurrat de feria, dicatur de feria privatim & Conventualiter pro defunctis, ut sic verba illa, Missarum solemniter Conventualiter celebratis, regulantur à præcedentibus verbis secundum temporum congruentiam, quasi dicat, non semper conventualiter, sed prout talis congruentia festi vel ferie; & ita videtur intelligere hunc textum Hostiensis de Joan. Andr. ambo in prin. in verb. Pro festo, Burr. num. 3. Cardin. & Anchar. ambo num. 2. Dum dicunt, si anniversarium defunctorum incidit in festum sciendum est festum in privato, & Missam festi solemniter in Conventu, & si non est festum, postea dici Missam anniversarii solemniter & feriale in privato & juxta hanc lectionem hic potest summari. In Collegiatis Ecclesiis in die anniversarii una Missa pro defunctis & alia de feria, si feria occurrat, conventualiter sunt celebrandæ. Si vero occurrat festum, celebrabitur de festo Conventualiter & in privato pro defunctis, & secundum hanc intellectum nota Missam de festo præferri Missæ pro defunctis, quia de festo celebratur solemniter & pro defunctis in privato. Sed hæc lectura multiplices patitur difficultates. Primò enim non congruit litteræ, quæ præcipit ut celebrentur Missarum solemniter copulative pro anniversario defunctorum & pro festo, vel feria, ac proinde requiritur concursus utriusque copulati, I. Si quis ita stipulatus ff. de verborum obligat. Deinde posita hæc lectura in diebus feriatis data concurrentia anniversarii non esset celebranda Conventualis Missa de feria, sed tantum pro defunctis contra rubricam Missalis Romani & observationem Collegiatarum Ecclesiarum. Hinc cum Canonici Cathedralis Sarnensis ex conventione cum Episcopo à nonaginta annis intra consecutivem singulis hebdomadis tres Missas cantare, videlicet feria secunda pro defunctis, feria quarta de Angelis, & feria sexta de S. Crucis; Episcopus successores eos compellebat ad canendum quotidie Missam Conventualem præter supra dictas. Sed cum Ecclesia extra habitationes & in loco insalubri cœli sita esset & in ea vix decem exarent Canonici, quorum septem aliquis ægotabat præterquam quod curam habebant animarum; Hicrorum petierunt benignè secum agi ut ad dictam Missam Conventualem non tenerent nisi in diebus festis. Die 9. Novembris 1633. Sacra Congregatio Concilii censuit quod petiret haud esse concedendum. Ergo ex ipsius Congregationis sententia propter Missam solemnem pro defunctis non est omittendi Missa Conventualis de feria. Præterea obligationi celebrandi anniversarium defunctorum non potest satisfieri dicendo Missam privatam, ut habet hæc secunda lectura. Quoniam plus suffragii capit anima defuncti ex Missa solemniter in Choro cum interventus plurimum Sacerdotum quam ex Missa privata, ut innuit hæc littera; unde Ecclesia solvendo quod minus est, liberationem non consequitur. I. Si stipulatus §. Qui de eam debet ff. de solutio. l. 2. §. 1. & l. in executione, §. Pro parte ff. de verborum obligat. Secus in proposito quod lib. 20. in princip. Cum præsertim suffragia que sunt à Presbiteris gerentibus personam totius Ecclesie, ut cum dicunt in Ecclesia exequias mortuorum, proficit mortuis etiam si tales Presbiteri sint peccatores ut declarat S. Thomas in 4. dist. 45. q. 2. art. 1. q. 3. & in 3. par. 90. q. 2. art. 6. unde certus est fructus quem præter fructum sacrificii percipiunt mortui ex orationibus Sacerdotum in anniversario. Quo quidem fructu fraudantur si Missa dicatur ab uno tantum demissa voce. Demum quod loco anniversarii dicatur Missa privata oblat decretum Concilii Tridentini cap. 5. sess. 25. de reformat. Unde cum olim in insigni Collegiata Ecclesia Sancti Petri Callesensis Ipre. Diocesis essent fundata tria beneficia, quorum possessores soliti erant per totum annum vicissim cantare Missam pro fundatore dicte Ecclesie & aliis defunctis, dicte Missæ & vigiliæ defunctorum decantari consecutivem in Choro, quando Officium fiebat de feria vel festo simplici, quidam Canonici dicte Ecclesie sub prætextu quod in Missali Romano caveatur ut prima die cuilibet mensis & secunda feria cuilibet hebdomadæ

domadæ non impedita in Collegiatis Ecclesiis dicantur due Missæ, una pro defunctis & alia de feria seu festo simplici prætendebant satisfieri dicte fundatori si Missæ ut præfertur, cantari solita, demissa voce legenter. Unde cum questum esset an satisficeret vel potius obiret cap. 5. sess. 25. Sacra Congregatio Concilii censuit Missas cantandas esse juxta earum fundationem. Tertio modo hic textus legitur intelligendo anniversarium in latiori significatione pro Officio quod fit quotidie pro defunctis; prout intelligunt glossa nostra Burr. num. 3. & Abb. conf. 99. Videtur primò. 1. lib. 2. ita ut in Conventualibus Ecclesiis quotidie decantari debeant solemniter due Missæ, una scilicet mortuorum, alia de officio currenti, quasi ex isto textu inducatur nova obligatio quotidie celebrandi solemniter pro defunctis, nam, ut inquit Hostiensis n. 3. & Joan. Andr. n. 2. Cum mortui quasi ab omnibus tradantur oblivioni, merito sit hoc suum anniversarium generaliter conservare & secundum hunc intellectum Abbas sic ponit summarium, quod est assensum textui. In Ecclesiis Collegiatis debent celebrari due Missæ collegialiter, una pro defunctis, alia secundum exigentiam diei, ut pro festo, si festum occurrat vel pro feria si feria; & juxta hanc lectionem quæ de Navarros legitur conf. 99. incipit. Ex Concilio num. 6. de celebratione Missar. Nota secundum Abb. hic in fin. Missam pro defunctis esse præferendam Missæ de feria, quia Missa defunctorum non omittitur propter festum, sicut omittitur Missa de feria. Item nota in diebus festis posse celebrari Missam pro defunctis, etiam solemniter, prout hoc ex textu ducit Abbas in præfate. conf. 99. num. 3. lib. 2. Item nota peccare Sacerdotes qui in Collegiatis Ecclesiis non decantant quotidie etiam in festo duas Missas Conventuales, ut similiter notat Abbas hic in 2. notab. ponderando verbum mandamus, ad hoc cap. Quisquis præceptis 14. q. 2. Ceterum ut verbis Silvestri utar in verb. Missa 1. numer. 7. ( Communiter hoc non servatur; & ideo melius dicitur quod non est peccatum; imò dictus intellectus hic non habetur, nec est rationalis, quia oporteret diebus solemnibus celebrare pro mortuis ) Hæc Silvester. Quarto demum modo legitur hoc capitulum accipiendo similiter anniversarium largius pro Officio quod fit quotidie pro defunctis, ita ut in prædictis Ecclesiis debeant quotidie celebrari due Missæ & quidem ambe collegialiter si occurrat feria, id est una pro mortuis & alia de feria. Si vero occurrat festum, una celebretur de festo collegialiter, & alia privatim pro defunctis, ut sic verba illa textus, secundum temporum congruentiam, non æqualiter determinent subsequentia verba, Conventualiter celebratis, sed juxta exigentiam diei; & ita intelligantur hoc capitulum Hostien. Joan. Andr. & Burr. supra citati in secunda lectione, nam est loquantur de anniversario, tamen hoc nomen usurpant non pro Officio, quod recurrit anno revoluto à die obitus, sed pro illo quod secundum eor. fit quotidie pro defunctis; & juxta hanc lectionem sic sumuntur potest. In Ecclesiis Collegiatis due Missæ sunt celebrande Conventualiter, una pro defunctis, alia de feria si feria occurrat, si vero occurrat festum, celebrabitur conventualiter de festo & pro defunctis in privato. Porro salvari posset hæc lectura in secundo membro, si Missa pro defunctis intelligeretur, id est pro salute defunctorum, juxta textum in c. 2. supra eod. Jubet enim canon. in singulis Missis orari pro defunctis, ut in c. reuult. d. consecrat. dist. 1. Cui præcepto ab universa Ecclesia facti sunt preces in secundo Memento, in quo dicitur, I. Ipsi Domine & omnibus in Christo quiescentibus, & c. ut notant Tarcer. in d. c. penult. post Archid. hic n. 2. & Collectar. hic n. 4. vers. Sed in qua parte & ita S. Congregatio Concilii intellexit decretum, c. 4. sess. 25. in illis verbis, Commemoratio fiat. Constat enim posse litidieri per intentionem applicationis Missarum per preces in secundo Memento, & per collectas in illis Missis in quibus collectæ fieri possunt. Sed si Missa pro defunctis intelligatur, id est de Requiem, hæc quarta lectura non procedit, quia talis Missa nec alia, nec demissa voce debet dici in diebus festis, ut patet infra in ultima conclusione. Præterea quoad obligationem celebrandi quotidie Missam Conventualem pro defunctis in diebus feriatis obstat ea quæ ex Silvestro dicta sunt in præcedenti lectione num. 16. & quæ dicuntur infra in 3. Conclusionem. Demum hæc lectura non consonat litteræ hujus decretalis, quæ non loquitur de Officio quotidiano pro defunctis, sed de anniversario, nec de Missa privata, sed de solemniter ut dictum est supra in 2. lectione num. 7. Unde ex his constat nihil certi in hac materia affirmari posse ex hoc textu ob varietatem lectionum. Ego verò pro varietate facio conclusiones infra scriptas. Prima conclusio est. In Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis regulariter cantari debet quotidie una tantum Missa Conventualis, scilicet de Officio currente id est de festo, si occurrat festum duplex vel semiduplex aut simplex & de fe-



ria si feria occurrat; & hoc ianunt verba textus nostri de festo vel feria secundum temporum congruentiam; ad idem cap. Et hoc attendendum de consec. dist. 1. & Clem. 1. de celebr. Missar. secundum Silvest. in verb. Missa 1. §. 4. & consonant rubricæ Missalis Romani ultimò impressi & communis usus Ecclesiarum.

21 Fallit in feriis Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Rogationum & Vigiliarum; quia tunc si festum duplex vel semiduplex vel octava occurrat in prædictis Ecclesiis cantantur duæ Missæ, una de festo post Tertiam, & alia de feria post Nonam ut expressè habetur in rubricis Missalis in tit. de feriis & vigiliis §. 1. & sic limita istum textum qui alternativè loquitur hic. De festo vel feria. Item fallit infra Octavam Corporis Christi; tunc enim si occurrat vigilia in Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis, similiter cantantur duæ Missæ, una de octava post Tertiam, alia de vigilia post Nonam, ut in eadem rubrica §. 2.

23 Secunda conclusio. Si in prædictis Ecclesiis contingat anniversarium defunctorum, cantari debent duæ Missæ, una scilicet pro defunctis & alia de feria, si occurrat feria, vel de festo, si occurrat festum. Quod clarè probat rubrica Missalis in tit. de Missis defunctorum §. 2. ubi habetur in Quadragesima toto tempore Paschali & quando per annum Officium est duplex vel semiduplex non dicitur Missa Conventualis pro defunctis nisi in die depositionis defuncti & in anniversario pro defunctis. Ergo anniversarium non debet fieri in secreto si occurrat festum, ut dixerunt Host. Joan. Andr. & alii hic; sed solemniter est celebrandum una cum Missa Conventuali de festo, nec Missa Conventuali de feria debet dici in privato ut idem affirmant, sed Conventualiter una cum anniversario pro defunctis: & hunc arbitror esse verum & germanum intellectum hujus decretalis. non enim loquitur de Officio quod sit quotidiè pro defunctis, sed de anniversario, & quia in multis Ecclesiis quando occurrat anniversarium, Presbiteri sub prætextu quòd essent gravati onere celebrandi Conventualiter pro defunctis omittunt Missam Conventualem de festo vel feria; Ideò Papa præmissa ratione illa quòd creatura non habet quod pro meritis respondeat Creatori, mandat ut torporem negligentie abiciant & Missam Conventualem celebrent non tantum pro anniversario defunctorum, sed etiam de festo vel feria; & sic bene summarunt textum Joan. Andr. & reliqui post eum ut dixi supra in 1. l. c. h. num. 3.

24 Tertia conclusio. Missa Conventualis pro defunctis quando non occurrat anniversarium vel depositio defuncti in Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis non debet celebrari quotidie ut habet intellectus Abbatis ad hunc textum, sed in prima die cuiusque mensis extra Adventum, Quadragesimam & tempus Paschale non impedita Officio duplici, vel semiduplici; & in feria secunda cuiusque hebdomadæ quemadmodum cavetur in eadem rubrica Missalis, de Missis defunctorum, §. 1. & 2. Dum enim restringit obligationem celebrandi solemniter pro defunctis ad certos dies & certa tempora; consequenter illam excludit in aliis, argumen. 1. Cum ita legatum sit de condit. & demonstr. l. Maritus C. de Procurator. c. Nonne, & hic glossa ultima supra de præsumpt.

25 Quarta conclusio. Si in prima die cuiusque mensis occurrat festum simplex vel de feria que propriam habeat Missam in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis celebrari debent duæ Missæ Conventuales, una pro defunctis & alia de festo simplici vel feria prædicta. Ita diversis verbis cavetur in præalleg. rub. §. 1. undè palam reprobatur idem intellectus Abbatis asserentis quotidie celebrandas esse in Collegiatis Ecclesiis duas Missas Conventuales, scilicet pro defunctis & de festo vel feria, nam ex Missali Romano restringitur huiusmodi obligatio ad certos dies duntaxat, ut dictum est in conclusione præcedenti.

26 Quinta conclusio. Missa Conventualis pro defunctis, nisi occurrat anniversarium vel dies depositionis defuncti, ut dictum est supra n. 23. in Festo duplici vel semiduplici celebrari non debet. Patet ex eadem rubrica in d. §. 1. in qua disponitur ut nec in prima die cuiusque mensis dici debeat

Missa Conventualis pro defunctis, quando illa dies est imposita Festo duplici vel semiduplici, ut dictum est in 3. concl. & clarè patet ex d. entr. §. 2. in ea parte in qua expressè disponitur ut quando per annum Officium est duplex vel semiduplex, non dicitur Missa Conventualis pro defunctis, ut similiter dictum est supra in 1. concl.

Sexta & ultima conclusio. In Dominicis & Festis duplicibus Missa etiam privata pro defunctis, id est de Requiem non est celebranda. Hoc liquet ex præallegata rubrica Missalis, §. 2. in fine in qua sic legitur. Missæ privatae pro defunctis quocumque die dici possunt, præterquam in Festis duplicibus & Dominicis diebus; & sic aperte reprobatur quarta lectura de qua supra n. 17. quatenus habet in diebus Festis celebrandas esse in Collegiatis Ecclesiis duas Missas, Conventualem scilicet de Festo & privatam pro defunctis. Non obstat textus Augustini in c. Et hoc attendendum de consecr. dist. 1. in illis verbis in diebus Dominicis & aliis quibuslibet Festivitatibus Missam esse pro defunctis sit, audierit. Quæ ex Burchardo integra referuntur hic ab Archid. n. 2. & aperte innuit Missam pro defunctis, dici posse etiam in Dominicis & Festis duplicibus, ut ex illis deducit Archid. Respondetur enim primò autoritatem Sancti Augustini dum loquitur de Missa pro defunctis, non esse intelligendam de Missa de Requiem que in Festis duplicibus & Dominicis diebus non debet dici, ut proximè ostensum est, sed de illa in qua sunt commemorationes & collectæ pro defunctis, ut in c. penult. de consecr. dist. 1. & in c. 2. supra eod. & solum dictum est supra n. 18. Deinde respondetur Augustinum hic non decidere ut Missa defunctorum possit dici in Dominicis & quibuslibet Festivitatibus, sed tantum supponere interdum posse contingere ut dici possit; & de facto interdum dicitur etiam in prædictis diebus. Hoc autem intelligi debet datis terminis habilibus, arg. c. unie. & hic glossa penult. de etat. & qualis. lib. 6. id est in illis casibus in quibus Missa de Requiem dici non prohibetur, scilicet in die anniversario vel depositionis defuncti secundum ea que dicta sunt supra in 2. conclus. n. 23. alioquin si verba illa in plena latitudine, ut sonant, essent accipienda, Missa de Requiem dici posset etiam in die Paschatis, quod esset absurdum, arguor quæ notat Archid. in c. Virum n. 2. de consecr. dist. 1. & constat ex dictis supra n. 5. Respondetur denique quidquid sit de intellectu illius textus standum esse rubricis Missalis. Nam Pius V. in Constitutione Quo primò, præcipit ut in Ecclesiis omnibus in quibus Missa Conventualis alia voce in Choro aut demissa celebrari consuevit, vel debet, non aliter quam juxta ritum, modum & normam que in Missali præscribitur, decantetur aut recitetur. In specie autem rubricæ Missalis quæ sensim ab usu utriusque degeneraverat, in pristinum restituta & que non ita capti legentium accommodatae videbantur, clarè explicata fuerunt jussu S. D. N. Urbani VIII. ut in Constitutione si quis esset & Sacra Rituum Congregatio renovando Decreta alias facta, mandavit in omnibus & per omnia servari rubricas Missalis Romani, non obitante quocumque prætextu & contra à consuetudine quam ab usum esse declarat & facta Sanctissimo relatione, Sanctissimæ Suae annuit & ab omnibus ubique servari & in Missali noviter imprimendo apponi mandavit; & ita hoc Decretum & Constitutiones memoratae habentur in principio Missalis postea impressi. Et est simile in rubricis Decretalium quæ autenticantur supra in proximo in verbo Utantur, ut hic notat Vincentius & post eum Archid. in c. Quis vesciat n. 119. dist. & Specul. in tit. de dispensat. & allegat. advocat. §. p. n. 15. Ideoque allegari possunt ad decisionem causarum si orationem peccatam habeant secundum Joannem Andream ibid. in addit. incip. Gregorius, litteræ K. & Bellam. qui alios adducit in c. Firmiter in 1. q. supra de Summa Trinitate & Fide Catholicæ. Idemque de rubricis legum notat Legille in l. 1. ff. si cert. petat. & glossa 1. in c. Hæc autem verba de penit. dist. 1. licet secus sit de rubricis Decreti, tum quia alius fuit conditor Decretorum & alius rubricarum, scilicet Gratianus, tum quia illæ quandoque salte reperitur, ut patet in c. Charta 3. q. 9. & in c. Placuit 16. q. 3. & declarant Specul. Archid. & alii proximè citati; & scripti plenius in c. Canonum Statuta à n. 40. supra de Constit.



# DE BAPTISMO ET EJUS EFFECTU

Alexander III.

## CAPUT I.

SI quis puerum ter in aqua immerferit in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Amen; & non dixerit: ego te baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Amen; non est puer baptizatus.

### SUMMARIUM.

1. Baptizati à Calvinistis, an sint iterum baptizandi nec ne & n. seq. usque in finem.
2. Calvinistarum error circa Sacramentum Baptismi.
3. Intentio quid sit.
4. Finis intentionis in Baptismo duplex est.
5. Baptismi effectum quis potest intendere implicitè & explicitè.
6. Intentio generalis seu implicita in Baptismo tripliciter exprimitur.
7. Intentio universalis in Baptismo aut est actualis aut virtualis aut habitualis.
8. Intentio respectu effectus proximi & non supremi requiritur in Baptizante & sufficit implicita.
9. Baptizare possunt in casu necessitatis etiam laici & mulieres, imò etiam Paganæ & hæreticæ & n. 15.
10. Baptizati à pauro Athanasio qui se Episcopum simulaverat,

- jussi non fuerunt iterum baptizari.
11. Intentio faciendi quod facit Ecclesia, necessaria est in Baptizante.
  12. Baptizati à Donatistis & à Græcis Schismaticis jussi non sunt rebaptizari.
  13. Baptizans cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, licet credat nihil per Baptismum conferri, tamen verè baptizat & n. 17.
  14. Fides de necessitate in baptizante non requiritur.
  15. Baptismus conferri potest etiam à Paganis & Judæis.
  16. Baptismus non habet efficaciam à Ministro, sed à principali agente qui est Christus.
  17. Baptizans non requiritur ut sciat quid sit Baptismus vel Baptismum esse Sacramentum.
  18. Calvinistæ etsi nullam vim tribuant Baptismo, tamen debitam servant materiam & formam; & necessariam habent intentionem ad baptizandum.

SI quis Puerum. Se ipsum summat, vel secundum Anton. de Butr. & Abb. hoc dicit, licet puer sit ter merus in aqua, in nomine Patris &c. Nisi dictum sit. Ego te baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti; non est baptizatus.

Quæro an Baptizati in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Calvinistis negantibus Baptismum Sacramentum esse, conferre gratiam, justificare, remittere peccatum, & affirmantibus puero jam justificato in utero adhiberi tantum ad simplicem quandam resignationem, sicut iterum baptizandi, nec ne.

Quoniam Decretum Concilii Tridentini, sess. 7. de Baptismo, Can. 4. definitum est ut si quis dixerit, Baptisma quod etiam ab hæreticis datur in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, non esse verum Baptisma, anathema sit. Maxime videtur ambiguum pluribus Doctoribus, an Hæreticorum Calvinistarum modernorum Baptismus sit verus & an verè baptizent, cum eis videatur deesse intentio etiam universalis faciendi quod facit Ecclesia. Nullam enim vim, efficaciam & virtutem tribuunt Baptismo, ut asserunt lib. 4. Institutionis Christianæ, c. 14. & 15. ex Joanne Calvino; negantque Sacramentum Baptismi esse Sacramentum efficax gratiæ collativum & peccatorum remissionem in puero, quem puerum in utero materno esse justificatum affirmant, modò à parentibus Christianis procreetur; atque si decedat sine Baptismo, non miris ingredi Regnum Cælorum. Cùm itaque intentio saltem universalis requiratur ad integritatem Baptismi quam non videntur habere nec particularem nec universalem, nec formalem, nec virtutalem hæretici modernæ Calvinistæ, verisimile est ut verè non baptizent. Idque peroptant Catholici quidam Doctores intelligere, an liberum sit Evangelizantibus verbum Domini docere populum fidelem baptizatos ab ipsa Calvinistis hæreticis esse denud baptizandos, quali illis dedit tertia pars Baptismi integralis, scilicet intentio.

Circa primum præmittendum est primò intentionem in proposito nihil aliud sonare quàm actum voluntatis qui voluntas supposita ordinatione rationis ordinantis aliquid in finem tendit in eum finem per aliqua media, Sanctus Thomas in 1. 2. q. 12. art. 1. ad 3. & 4. & probatur in c. Non frustrari 23. q. 5. cap. Si quandoque in fine 15. q. 16. c. Humana, c. Qui pejerare 22. q. 5. & c. 1. ubi Archid. de jur-jurando, lib. 6.

Præmittendum secundò, finem intentionis talem in Baptizante duplicem esse posse. Primus est actualis ille baptizandi, secundus est effectus actualis qui dicitur finis ejus propter quem ille baptizat, Sanctus Thomas in 4. dist. 6. q. 1. art. 2. q. 2. ad primam; & communiter omnes Doctores in hac materia. Et duplicem hunc finem inesse omnibus actionibus humanis docet Aristoteles libro primo magorum Moralium, c. 2.

Præmittendum tertio, posteriorem hunc finem simpliciter esse duplicem, supremum scilicet & proximum. Supremus est facere hominem Filium Dei, 1. ad mensam 1. q. 3. & c. Per aquam de consecr. dist. 4. Proximus est facere hominem Christianum seu membrum Christi, cap. Quidam de Apost. & cap. Olim 8. questione primò. Ita Scotus in 4. dist. 6. q. 5.

Præmittendum quartò, intendere aliquid facere baptizando quod est intendere Baptismi effectum altero ex duobus modis contingere posse, primò explicitè, secundò implicitè, Sanctus Thomas in 4. dist. 6. q. 1. art. 3. q. 2. ad primam. Quam etiam distinctionem ponit Richardus in 4. disp. 6. art. 1. questione secunda ad secundam & Scotus ubi supra, dicens utrumque finem posse aliquem intendere bifariam, primò in particulari, secundò in universali & alii Doctores.

Præmittendum quinto intentionem hanc generalem seu implicitam effectum Baptismi pro fine habentem, exprimi posse tribus modis. Primò per hoc quod est intendere illud facere quod Christus faciendo imittit, seu facit Ecclesia, ut habet Sanctus Thomas in 4. dist. 6. p. 1. art. 3. q. 2. ad 1.

Secundò addendo quod facit Ecclesia Catholica vel Romana vel Græca vel aliquid hujusmodi.

Tertio intendendo quod facit Presbiter vel Episcopus, dum baptizat seu etiam in communi quod faciunt Christiani. Dominicus de Soto in 4. dist. 1. q. 4.

Pro solutione hujus dubitationis cujus tota vis in eo versatur quòd Calvinistæ intentionem ad Baptismum requisitam non habent, duo videnda sunt. Primò quoniam intentio requiritur in baptizante. Secundò quam habeant Calvinistæ. Primum præmissa quibusdam quatuor propositionibus explicabimus, secundum unam tantum propositionem.



Primitendum sextò, intentionem hanc universalem & implicitam, sive cadat super actum baptizandi, sive super effectum baptismi triformem in baptizante esse posse, primò virtualiter, secundò habitualiter, tertio habitualiter, Divus Thomas in 4. dist. 6. q. 1. art. 2. q. 1. ad quartum, junctis 3. par. q. 6. art. 8. ad tertium, ubi quamvis mentionem non faciat nisi de actuali & habituali, tamen sub habituali includit etiam virtuales communicans in vocabulis utriusque temporis, ut explicat Cajet. & de triplici hac intentione meminit explicitè Scotus in 4. dist. 6. q. 6. §. distinguatur communiter, cui postea ceteri subscripserunt. Quam etiam distinctionem communiter ponunt Doctores in materia de consecratione ac de persolvendis horis Canonicis, quæ etiam in dubio proposito supponitur.

His prænotatis videtur respondendum ad primam partem questionis quatuor propositionibus; & quoniam de actu baptismi nulla est dubitatio, eo quòd Calvinistæ baptizant atque idèd baptizare intendunt, alioquin non baptizarent, idèd ponimus primam propositionem.

Prima igitur est propositio ex Divo Thoma in 4. dist. 6. q. 1. art. 1. q. 1. ad 4. & 3. par. q. 6. art. 8. ad 3. secundum expositionem Cajet. & communis Doctorum sententià. Ad actum illum baptismi sufficit intentio actualis vel virtualis, sicut in actu consecrationis & in persolvendis horis Canonicis, tradunt Archid. post Hugonem in c. Solet de consecr. dist. 4. Innoc. Host. Joan. Andr. Abb. & alii in cap. Dolentes de celebrat. Missar. Card. in clem. 1. numero 7. eod. tit. & quia de hoc non est questio per se primò, idèd illius probationem omitimus.

Secundò propositio est. In baptizante requiritur intentio respectu effectus proximi, sed non supremi; & hæc non explicita & in particulari, sed implicita & in universali. Hoc dictum habet tres partes quæ sigillatim probantur.

Prima pars scilicet in baptizante requiritur intentionem probatur hæc in modum. Primò quando ut utriusque productur à pluribus causis, oportet ut illæ causæ aliquando sint factæ unum ad invicem, sed effectus baptismi productur à pluribus causis, scilicet materia, formà, ministro. Ergo requiritur ut illæ causæ fiant aliquando unum. Sed hoc fit per intentionem quæ Minister applicat formam ad materiam & suum ministerium ad utrumque & hoc totum ad Sacramenti collationem. Ergo intentio est necessaria. Et hæc ratio est Sancti Thomæ in 4. dist. 6. q. 1. art. 2. q. 1. per quam concludit non solum requiri intentionem in baptizante ad consequendum Sacramenti effectum, sed etiam ad ipsius Sacramenti perceptionem & constat ex c. Solet, ubi glossa fin. & Archid. qui id probat verbis Ambrosii de consecr. dist. 4. gloss. fin. in c. Delit. 1. q. 1. Doctores in c. 1. & c. fin. de Baptism. Unde hæc ratio valere potest etiam pro prima propositione. Secundò probatur quia cum ille actus sit humanus, debet esse propter finem intentus, c. de recedendis, c. non frustris 23. q. 5. c. ab exordio 35. dist. & habetur 1. & hic. Dixi propter finem, quia aliter esset casualis. Dixi intentus, quia si non intendere finem iste, actus vel esset agens naturalis sed non à proposito, vel si à proposito esset fortuitus, ut patet ex 2. Phisica & hæc ratio haberi potest à Scoto ubi supra; & per hæc rationes eadem conclusio communiter à Doctoribus probatur.

Secundà pars, scilicet respectu finis proximi, non autem supremi probatur à Scoto, quia congruum videtur ut ille actus differat à quacumque alia humana actione, quod fit ex fine, c. Quisquis, c. Delicta, c. Quod dicit 41. dist. d. c. de recedendis 23. q. 5. & c. cum voluntate de sent. excom. que ratio licet fortè aliquibus non probetur, quia tamen ipsæmet dicit illam esse probabilem & congruam; & fat esse ut ille finis sit intentus in universali, quod est dicere fat est intendere quod intendatur Christiani circa suos. Idèd valere potest in proposito.

Tertia, scilicet talem intentionem non requiritur explicitè, & in particulari, sed sufficere implicitè, & in universali probatur ratione, autoritate & exemplo. Ratio est quia in Concilio Florentino, in decreto fidei Eugenii IV. in §. Primum. Sacramentum definitur in casu necessitatis non solum Sacerdotem & Diaconum, sed & laicum, vel mulierem, imò etiam paganos, & hæreticum baptizare posse. Sed mulieres, pagani, hæretici, ut plurimum non intendunt illum finem in particulari & distinctè. Vel enim explicitè, & in particulari non cognoscunt, vel non credunt. Ergo satis est illum finem intendere implicitè, & in universali prout in alio continetur. Et hoc est, quod in decreto fidei citato subditur: dummodo facere intendat id quod facit Ecclesia. Quia enim Ecclesia aliquid facit, & illum finem assequitur, idèd ex consequenti, & implicitè intendat illud facere, ut explicat D. Thomas d. dist. 6. q. 1. art. 3. ad quartum.

Autoritas est S. Thomæ, Riccardi, Hugonis, Scoti, Durandi & omnium Theologorum in 4. dist. 6. id afferentium. Necon est glossæ, Archidiaconi, Prepositi, & aliorum omnium Canonistarum in cap. Spiritus sanctus 1. q. 1. qui fundantur in §. Ecce, ubi refertur exemplum Alexandri Episcopi

copi Alexandrie, qui cum post Missarum solemniam vidisset super ora maris ludum puerorum imitantium Episcopum, & genentium ea, quæ in Ecclesia geri mori eum, eos ad se perducit jubet, & quid egerint percontatur, & cum illi resurrexissent baptizatos fuisse quosdam Catechumenos per puerum Athanasium, qui se Episcopum simulaverat, ita ut iterari baptismum non debere.

Tertia propositio est. Hæc intentio universalis, & implicita sufficienter exprimitur uno ex tribus modis, qui habentur in quinto supposito. Ita scilicet ut intendat facere vel id quod Christus facientem instruit, seu facit Ecclesia, etiam neque ad Romanam, neque ad Catholicam respiciat, imò etiam si ad illam, quæ Schismatica est, intentionem dirigat, vel ut intendat facere, quod facit Presbiter, aut quod communiter faciunt, & intendunt Christiani.

Et quidem sufficere intendere quod facit Ecclesia omnes Theologi in 4. dist. 6. fatentur, & communiter Canonistæ de consecr. dist. 4. & pro hoc stat littera Concilii Tridentini. Can. 4. d. sess. 7. de baptismi. ubi definitur esse verum baptismum quod etiam ab hæreticis datur, in nomine Patris, &c. cum intentione faciendi quod facit Ecclesia.

Quòd autem non oporteat addere, Catholicæ, vel Romanæ, patet, quia hæretici Donatistæ (contra quos Augustinus) solum in parte Donati dicebant esse Ecclesiam; & tamen illos Augustinus negavit esse rebaptizandos, damnamus in hoc concilio Carthagine sub Cipriano Maritre Sanctissimo, ut habetur in cap. Quomodo de consecr. dist. 4. Tum quia Greci in Schismate ab Ecclesia Romana deficientes ad illam non respiciebant dum baptizabant, nec propterea in unione facta in Concilio Florentino sub Eugenio IV. sunt rebaptizati. Et Ecclesia Augustinum secuta sanxit hæreticos non esse rebaptizandos, cap. Offendatur, cap. Hi de quibus, cap. Nullus autem, cap. Sive hæreticus, de consecr. dist. 4. Quòd vero sufficiat intendere quod facit Presbiter, vel Episcopus, vel quod Christiani faciunt patet in exemplo pueri Athanasii supra citato, & in autoritatibus supra in 2. propositione adductis, atque in sequenti adducendis.

Quarta propositio est: Habent talem intentionem generalem, atque implicitam, etiam si opinetur per baptismum nihil conferri & vanum, ac superfluum quid illud esse; imò etiam si arbitretur illud esse trullam (ut Canonistæ) ajunt verè baptizat, ac propterea baptizati ab eo, rebaptizari non debent, quod probatur ratione & autoritate.

Ratio: In baptizante non requiritur de necessitate fides, cum etiam à Pagano, ac Judæo verum baptismum conferatur, cap. Delit, capite. Offendatur, capite. Si quis per ignorantiam 1. quasi. 1. cap. Romanus, & cap. Soli de consecr. dist. 4. gloss. 1. in cap. 1. in cap. 1. de tempor. ordin. & gloss. 1. in cap. 1. de Cler. non ordin. & tradunt DD. hic, eo quòd baptismus non habet efficaciam à Ministro, sed à principali agente, qui est Christus qui principaliter in Sacramenti operatur, D. Thom. in 4. dist. 6. q. 1. art. 2. q. 2. qui generat sibi filios per fideles & infideles, per Catholicos, & hæreticos sicut Jacob per ancillas & liberæ, nam Christus est qui baptizat, quod & ab Augustino non raro inculcatur, ut patet in dist. cap. Delit, cap. Etiam, & cap. Dominus, 1. quasi. 1. in cap. Baptismus, cap. Solet, cap. Alid, &c. Cum tantum de consecr. dist. 4. Et quamvis baptismus dicatur esse Sacramentum fidei in cap. fin. de Veris. non bapt. in c. Nihil de consecr. dist. 4. & in decreto Concilii Trident. de Justificat. c. 7. sess. 6. Et conficit non tam ablatioe corporis, quam fide cordis, ut legitur in cap. Verus de consecr. dist. 4. Hoc tamen non idèd dicitur, quòd fides in ministro sit necessaria, sed quia, ut ait glossa in d. cap. Nihil in ver. (Sacramentum in fide Christi consecratur, & in fide Ecclesie confertur, vel quia in nomine Trinitatis confertur, quia offerentes, & oblato tenentur credere & consentire; vel quia signum est quòd suscipiens fidem habeat, etiam si non habeat, aliquo impediente.) Hæc glossa. Item dicitur constare fide cordis, quia sine fide impius per baptismum non justificatur, cap. Quamvis de consecr. dist. 4. c. Majores infra eod. Idèdque S. Sinodus dum dixit baptismum esse Sacramentum fidei, protinus addidit illa verba: sine qua nulli unquam contigit justificatio.

Autoritates post Augustinum innumere sunt. Et ex Canonistis nostris hoc tenent hic originaliter Innoc. n. 8. licet eum pro suo errore falso citet impius Kemnit in 2. par. examinis Conc. Trid. ut refert Card. Bellarm. tom. 1. de Sacram. cap. 28. §. Adit Kemnitius, & §. Ad autoritatem, Verba Innoc. hæc sunt (Ad hoc ut aliquis baptizatus sit, necessarium est, quòd baptizans intendat baptizare, non tantum balneari, vel carner lavare; nec tamen videtur necesse quòd effectum baptismi, quòd sciat quòd sit baptismus, scilicet quòd hic infundatur gratia, vel quòd sit Sacramentum, nec etiam oportet quòd credat hoc ipsum, imò etiam contrarium credit, & rotum reputat trullam, & deceptionem, tamen baptismus suus habet effectum. Item non est necesse, quòd baptizans sciat quid sit Ecclesia, neque quòd gerat in mente

Ecce

facere quòd sciat Ecclesia, imò si contrarium gereret in mente, scilicet non facere quòd facit Ecclesia; sed tamen facit quia formam servat, nihilominus baptizatus est, dummodo baptizare intendat: Unde si quis in casu necessitatis constituitur, vel etiam sine necessitate vadat ad Sarracenum, & dicat baptiza me & doceat eum formam, & ille Sarracenus baptizet non credens per immersionem aliquid fieri, nisi maledictionem, & non intendat eum baptizare, vel etiam maledicere secundum intentionem perentis baptismum, id est ut baptismus operetur quidquid potest, & ipse baptizans tanquam minister conferat. quod alii baptizantes conferunt, licet non credat ipsum posse aliquid operari, verè baptizatus est, sed si hoc non intendere, non baptizaret, nec est necesse quòd aliquando sciat, quid in his Ecclesia intelligat, vel etiam quòd fiat, vel credat Ecclesiam esse.) Hæc Innocentius, cuius verba ferè ad litteram transcripserunt & secuti sunt hic Hostien. n. 13. Joan. Andr. vers. Hoc autem notandum, col. 3. Aut. de Butr. vers. Quæro an ultra formam verborum, & Silveit. in verb. Baptismus 3. §. 1. num. 2. Idemque probavit Archid. in c. Solet de consecr. dist. 4. (Baptizans, inquit, quòd jocosè, vel etiam mimicè traditur, verè baptismus est si adit intentio dandi, si autem non adit, non est baptismus secundum Hugonem,) quòd dicit ut plene notat Innocentius extra de baptism. c. 1. & sequuntur hic Prepositus, & alii communiter Anch. hic num. 2. dicens; (Non est ergo curandum in conferente baptismum, quòd male de eo sentiat & trullam, & deceptionem arbitretur, dummodo in forma confecta conferat & intendat dare, quòd dicit alii baptizantes. (Et idem Innocentius in c. fin. num. 4. infra eod. ubi ait.) Potest dici quòd etiam baptizans, & baptizatus non crederent in baptismum aliquid conferri nisi factam, dummodo baptizare intenderent, bene esset baptizatus: Sed quid si non intenderet aliud per lavationem conferri nisi factam? & tunc idem dicendum, quia baptizare intendunt, licet malam credulitatem, & intentionem habeant de viribus baptismi; sed si non intenderet conferre baptismum, sed quendam medicinam facere contra infirmitatem, sed verba forme exprimerent, tamen non crederent eum baptismum.) Hæc ille, quem similiter totidem verbis referunt hic Host. n. 7. & Joan. Andr. col. 1. ver. Quòd si baptizans & Baptizatus, Butr. n. 4. eod. vers. Abb. n. 5. (Si baptizans, inquit, & baptizatus intendunt baptizare & baptizari, sed credunt quòd baptismum solum proit ad sanitatem corporis, & non anime, numquid conferatur verus baptismus? DD. quod sic. Satis enim est, quòd servetur forma tradita ab Ecclesia, & quòd isti baptizare, & baptizari intendant.) Idem DD. supra c. 1. Etiam credunt quòd baptismus sit una trullam, dummodo intendatur, ut dixi baptismum conferre, eo quòd Spiritus Sanctus ad formam verborum invisibiliter operatur. Et ex recent. Navarr. in Manuali, c. 22. de Sacram. Bapt. n. 7. ubi pro hac sententia adducit textum in c. Quicumque, cap. A quodam, cap. Constat, & c. Mulier de consecratione dist. 4.

Ex Theologis verò idem docuit D. Thomas in 4. dist. 6. q. 1. art. 2. q. 2. ad 1. Intentio recta ad baptismum requisita est, ut intendat facere quòd facit Ecclesia, non tamen de necessitate requiritur ut sciat propter id quòd facit Ecclesia. Item art. 3. q. 2. ad 1. Quamvis ille qui non credit baptismum esse Sacramentum, aut habere aliquam spirituales virtutes, non infundatur dum baptizans conferat Sacramentum; tamen intendit facere quomodo quòd facit Ecclesia, & si illud repa-

ret nihil esse; Et quia Ecclesia aliquid facit, idèd ex consequenti, & implicitè intendit aliquid facere, quamvis non explicite. Hæc S. Thomas. Item Alexand. de Ales in 4. par. q. 16. memb. 4. Richard. in 4. dist. 6. art. 1. quasi. 2. ad 2. (Sufficit intentio faciendi quòd facit Ecclesia in universali) etiam nihil eredit, imò etiam eredit oppositum.) Item Gabr. Biel in 4. dist. 6. q. 1. (etiam eredit quòd nihil efficiat, sufficit si intendat in universali.) Item Hugo de S. Victore lib. 2. part. 6. cap. 3. (etiam si ludere fiat, dummodo facere intendat, ut patet in Athanasio.) Item Robert. Aolcott. in 4. dist. 1. art. 8. ad ultimum principale (distractus vel ludens si intendit quòd Ecclesia sufficit.) Item Jo. Bac. in 4. dist. 6. q. 1. art. 2. in fin. Item Durandus, & reliqui.

Quod secundum, scilicet, quam intentionem habeant Calvinistæ, dicendum est Calvinistæ nullam quidem vim, atque efficaciam baptismi tribuere, sed tamen debent servare materiam ac formam, atque sufficientem habere ad baptizandum intentionem.

Prima pars, id est nullam vim illos baptismi tribuere patet in dubio. Secunda pars, scilicet de materia, ac forma patet, eo quòd aqua naturalis, & in nomine, &c. se debere baptizare putant.

Tertia autem pars, scilicet de intentione, patet etiam, quia etiam Calvinistæ intendunt saltem facere quòd Christus facientem instruit, seu quòd faciunt illi qui verum habent Christi cultum; putant enim se tales esse, licet fallantur, vel certè intendunt facere, quòd facit eorum Ecclesia quocumque nomine appelleretur, quia putant eorum Ecclesiam verè esse membrum Ecclesie universalis. Hujusmodi autem intentiones sufficere, patet ex dictis in tertia propositione, quia in illis continetur implicitè, & in universali intentione Sacramenti, quòd Christus instruit, & quòd faciunt veri Christi cultores, seu vera Ecclesia, licet Calvinistæ decipiantur in horum cognitione particulari. Quamobrem baptismum collatum à Calvinistis esse validum, nec iterandum tradunt in specie Cardin. Bellarm. tom. 1. de Sacram. c. 27. §. Sed hoc merum mendacium, & Valq. disp. 128. c. 3. in fin. Quod ipsum de Ecclesia Genev. probat idem Bellarm. loc. cit. §. Peter. Hanc autem Calvinistarum esse sententiam & Calvinum pro instauratore illius habitum, affirmant Joan. Verus, & Claudius Sanctefius, ut refert Præteolus in verb. Calvinista. Ad argumentum responderet negando assumptum, scilicet, quòd nullam habeant intentionem, nam quòd actum, habent: quòd patet, quia baptizant, & quòd effectum habent eam, quæ sufficit, ut patet ex tertia, & quarta propositione, nec non ex secundo articulo questionis. Et cum inflant, quia nec virtuales, & sic dicimus eos habere universas implicitè, ac virtualiter, &c.

Itaque ad dubium videtur posse responderi baptismum Calvinistarum esse verum baptismum, & idèd baptizatos ab eis non esse iterum baptizandos etiam sub conditione, si baptizati non sint.

Tantum ceremoniarum supplende sunt in baptizatis à Calvinistis, & in adultis prævia abjuratio, & reconciliatione, c. Quamvis, & ibi glossa. 1. c. Hi de quibus, ubi glossa. final. c. Si quis, in secundo, c. Si re vera, consecr. dist. 4. & c. Quidam de hypost.

Quæ tamen omnia sub jicimus censuræ Sedis Apostolicæ, à cujus determinatione ne latum quidem unguem discedere intendimus.